F. F. Pfaff
Helmstedt 1800
795
R XII 730
504.
n.
R
3206
4-XII B
Tartu Riik... Ülikooli
Raam...ukogu
595.

Tabulae Eclypsiũ Magistri Georgij Peurbachij.

Tabula Primi mobilis Joannis de Monteregio.

¶ Indices præterea monumẽtoꝝ / quæ clarissimi uiri Studii Viennensis alumni in Astronomia & aliis Mathematicis disciplinis scripta reliquerũt. ꝙ si lector hæc te oblectauerint: curabimus ut & alia in lucẽ bono Auspicio aliquando progrediantur.

¶ Postremo vt nihil te: quod scitu dignum est praetereat: Inuenies studiose lector ex hoc diligenter impresso uolumine mirum quendam & fœcũdissimũ pluriũ tabularũ: & pene omniũ instrumentoꝝ: puta Astrolabii: Sapheæ: Organi Ptolemæi: Metheoroscopii: Armillarũ: Torqueti: Rectanguli: Quadrantũ: & id genus alioꝝ (quæ recensere longũ esset) usum & expeditam praxim. Sunt enĩ Theoreumata tabulæ Primi mobilis uniuersalia / omni prorsus regioni accõmodata / ex scientia sphæricoꝝ triangulo ꝝ transumpta. Nouarũ insuper tabularũ & instrumẽtoꝝ inueniendoꝝ area latissima ꝑspicacis ingenii uiris oblata est.

Coelum Tabella Fati.



¶ Edicto Imperatorio veti tum est: ne quis in decẽnio hoc insigne opus imp̃mat vel alioꝝ ductu ꝛ impensis excusum venditet: sub mulcta amissionis omniũ exẽplariũ: ꝛ quinquaginta nũmorũ aureoꝝ pro singulis impressis vel venditis.



Clarissimo Viro D. Erasmo Reinholdo Salueldensi preceptori suo Dñi Joannes Schröter Vinarie

¶Joachimi Vadiani De Sancto Gallo Poetae et Oratoris nuper Caesareis manibus laureati In laudem operis Epigrāma.

Qui fragili censes morituram in corpore mentem:
Huc ades: uerum carmine disce breui.
Anne uides? quantas pernix discurrat in artes?
Quamq; per occultas euolet orbis opes?
Non satis est terras, & quæ terrestria, nosse:
Non satis æquoreas aereasq; uices.
Altius in sacros rapitur progressa recessus:
Et uicina deis sydera tractat humi.
Dumq; tenebroso membrorum carcere, clausa est
Maxima cœlestis signa uigoris habet.
Quis neget ætherea nostras ab origine mentes?
Quis non diuinas, astrigeraq; putet?
Sydereos orbes: motusq; & corpora cœli
Lucida & æternas perspicit arte uices.
Fortunata uiris isthac scrutantibus, olim
Et fuit & nunc est, docta uienna suis.
Qui docet & sequitur cœlos sine fine rotatos:
Hos Collimitii prouida cura dedit.
Tanta ut ad astronomos ueniant monumenta nepotes:
Et longo duret tempore partus honos.

¶Tituli Canonū in tabulas Eclypsiū Magistri Georgij Peurbachij.

1 Tempus Oppositionis uel Coniūctionis mediæ luminariū: locū Solis: & Argumentū Lunæ & latitudinis eius media facile deprehendere.
2 Augem Solis inuenire.
3 Tempus ueræ Coniunctionis uel Oppositionis luminariū facile cognoscere.
4 Medios motus Solis: Lunæ: Argumenti Lunæ: & Capitis draconis reperire.
5 Solem uerificare.
6 Lunam adæquare.
7 Verum locum Solis: Argumentum Lunæ æquatum: item argumētum Latitudinis Lunæ æquatū ad instans ueræ Coniūctionis aut Oppositionis breuiori uia inuestigare.
8 Tempus uisilis Coniūctionis: atq; diuersitatē aspectus in latitudine ad idem tēpus indagare.
9 Loca Solis & Lunæ uera: & argumentū latitudinis uerū ad tps uisibilis coniūctionis inquirere.
10 Latitudinē Lunæ uisam tempore uisibilis coniūctionis perscrutari.
11 Si Eclypsis Solis in coniunctione fiat cognoscere: & quantitatē eius & durationē: Principiū quoq; et finem ex tabulis calculare,
12 Latitudinem Lune uisam ad principium atq; finem eclypsis inuestigare.
13 Semidiametros Solis & Lunæ uisuales ac umbræ in loco transitus Lunæ demonstrare.
14 Quantitatē partis obscuratæ: ac totius eclypsis solaris figurā ad uisum depingere.
15 Quantitatē eclypsis Lunæ: durationē eius: principiū quoq; & finem ipsius discernere.
16 Latitudinem Lunæ ueram ad initium Eclypsis Solis & ad finem eius ostendere.
17 Eclypsis Lunaris habitudinem in plano figurare:
18 Eorum quæ de eclypsi Solari dicta sunt exempla subicere.
19 Ea quæ de eclypsi Lunæ dicta sunt exemplo declarare.

Finis Registri Canonū tabularū Eclypsiū Magistri Georgii peurbachii.

u53116100

¶Registrum Canonum Tabule Primi mobilis Joannis de monte regio Viri disertissimi.

Problema Primum

1 GEneralem tabule usum in primis explanare.
2 Cuiuslibet puncti eclypticæ declinationem ab æquinoctiali circulo (si quam habeat) inquirere.
3 Proposita declinatione solis quātalibet: cui puncto eclypticæ correspōdeat ipsa explorare.
4 Latitudinem lunæ inuestigare.
5 Cuiuslibet arcus eclypticæ ab equinoctiali sumentis initium Ascensionem in sphæra recta numerare.
6 Ex ascensione recta proposita ab alterutra sectionum æquinoctialiū initium sumente arcum eclypticæ sibi debitum indagare.
7 Si quis arcus eclypticæ ascensionem suam equauerit: altero termino eius cognito/reliquum quoq; manifestare.
8 Punctum eclypticæ terminātis arcum qui ascensionem suam rectam q̄maxime superat inuenire.
9 Data congerie ex arcu eclypticæ & ascensione sua recta/utrūq; arcuū discernere.
10 Amplitudinem ortiuam cuiuscunq; puncti eclypticæ ab æquatore declinantis in omni horizonte computare.
11 Ex amplitudine ortus suppositā punctum eclypticæ cui ipsa debetur agnōscere.
12 In omni regione arcum diurnum puncti eclypticæ quodcūq; dederis numerare.
13 Quod præcedens de punctis eclypticæ pollicetur/alia ratione scrutari.
14 Si diem longissimā in regione quapiam cognoueris: quo pacto latitudinē eius inuenias edocere.
15 Cuiuslibet arcus eclypticæ a sectione uernali incipientis ascensionem obliquam in regione quacunq; dimetiri.
16 In omni regione ex data ascensione obliqua ab altera sectionum inchoata arcum eclypticæ sibi debitum inuestigare.
17 Altitudinem solis supra horizontem existentis in omni regione omniq; hora perpendere.
18 Sole in aliquo signorum borealium existente/altitudinem eius in circulo uerticali explorare.
19 Distantiam solis horizontalem a circulo uerticali cognoscere.
20 Angulum ex coincidentia eclypticæ & meridiani/qui apud quodlibet ipsius eclypticæ punctum prouenit inuestigare.
21 Angulum ex concursu eclypticæ & horizontis procreatum indagare.
22 Quantitatem anguli ex eclyptica & circulo altitudinis prouenientis addiscere.
23 Quod præcedens pollicetur/aliter comprehendere.
24 Angulum nuperrime tractatum alia ratione scīscitari.
25 Gradum ascendentem/aut punctum eclypticæ orientale in omni regione/& omni hora per hanc tabulam inuestigare.
26 Si quis ascendentē in regione qualibet habuerit: quo pacto medium cœli inuestiget manuducere.
27 In omni regione eleuationē solis supra horizontē quacūq; hora data aliter q̄ superiꝰ dinumerare.
28 Arcum horizontis quem abscindit ex eo circulus horarius deprehendere.
29 Arcum circuli uerticalis/quem horarius quilibet ex eo secat circulus dimetiri.
30 Angulos horarios in plano sup meridianū quidē erecto: ad horizontē autē inclinato describere.
31 Si planum aliquod horizontē quidem ad rectos secet angulos/ad meridianū autē inclinatū fuerit: angulos horarios in eo prouenientes ministerio numerorum addiscere.
32 Plano aliquo tam ad meridianum q̄ ad horizontem inclinato: quibus rationibus angulum quēq; horarium agnoscamus breuiter exponere.
33 Data ascensione obliqua cuiusuis noti arcus eclypticæ ab ariete aut libra deducti: latitudinē regionis ubi talis contingit ascensio indagare.

34 Propositō arcu eclypticæ alitunde q̄ ab alterutra æquinoctiali sectione exorso cum ascēsione sua obliqua: altitudinē poli aquilonii in ea regione ubi talis obliqua ascensio accidit emetiri.
35 Dato gradu medii cœli cum amplitudine ortiua ascendentis: ascendentē ipsum latitudinēq; regionis (si quam habuerit) inuestigare.
36 Ex medio cœli dato/ac ascendente cognito/latitudinē regionis elicere.
37 Cognita latitudine alicuiꝰ regionis: in quanto tempore quilibet areus eclypticæ borealis datus circulum uerticalem pertranseat experiri.
38 Duabus regionibus idem eodem instanti ascendens notum habentibus: puncta autē eclypticæ in meridianis suis diuersa & cognita: utriusq; latitudinē differentiāq; longitudinū suarū pscrutari.
39 Si duæ quæuis regiones notarū latitudinū eodem instanti cōmune quoddā ascēdens cognitū habuerint: quantū longitudinibus earū interfit spacium explicare.
40 Si duarum regionū latitudines notæ fuerint/cum differentia longitudinū suarum: an sit aliquod ascendens eodem instanti ipsis cōmune subtiliter explorare.
41 Duabus regionibus notas latitudines longitudinesq;/aut differentiam longitudinū suarū cognitam habentibus: ac in ascēdente quopiam cōmunicantibus: ascendens ipsum cōmune sciscitari.
42 Quantum eleuatur polus borealis super circulum positionis stellæ cuiuslibet/aut alicuius puncti in cœlo signati perquirere.
43 Data eleuatione poli borealis supra semicirculum positionis quempiam: quantus sit arcus æquatoris ab eodem semicirculo & meridiano intercluſus experiri.
44 Cognita portione circuli uerticalis clausa inter polum horizontis & circulum positiōis quemcūq;: quantū polus borealis supra eundem circulū positionis eleuetur: quantus deniq; sit arcus æquatoris inter meridianū & eundem circulum positionis comprehensus inquirere.
45 Duobus locis in superficie terrestri signatis/longitudinū latitudinūq; notarum: quo pacto intercapedinem eorum metiri deceat explanare.
46 Datis latitudinibus duarum regionum inæqualibus cum angulo positionis: differentiam longitudinum suarum indagare.
47 Diuersitatem aspectus lunæ in circulo altitudinis perquirere.
48 Diuersitatem aspectus lunæ tam in longitudine q̄ in latitudine perscrutari.
49 Minuta casus in defectione solari supputare.
50 Punctum flexionis tenebrarum in eclypsibus determinare.
51 Cognito loco uero stellæ siue fixæ siue erraticæ cum eius latitudine declinationē suam ab æquinoctiali circulo scisciari.
52 Punctum eclypticæ cum quo stella quælibet cœlum mediat cōmonstrare.
53 Declinationem stellæ cuiuslibet aliter q̄ antehac traditum est indagare.
54 Punctum cœli mediationis alia quadam ratione perscrutari.
55 Per datam stellæ declinationem/punctūq; eclypticæ cum quo ipsa cœlum mediat: latitudinē suam ac uerum locum in eclyptica cognoscere.
56 Cognita latitudine cuiuspiam stellæ: punctoq; cœli mediationis explorato: locum eius uerum in eclyptica/declinationēq; ab æquinoctiali circulo perquirere.
57 Punctum eclypticæ quo cum stella quælibet oritur: itēq; pūctum cum quo occidit in quauis regione artificiose rimari.
58 Per altitudinem stellæ cuiuscūq; & distantiam horizontalem a meridiano atq; medium cœli/declinationem ipsius stellæ & punctum eclypticæ cum quo cœlum mediat: indeq; latitudinē & uerū locum eius in eclyptica subtiliter indagare.
59 Si uera loca duarum stellarum fixarum cognita fuerint cum latitudinibus suis: intercapedinē earū agnoscere.
60 Radiorum proiectionem rationabiliter definire.
61 Interuallum apparitionis aut occultationis stellæ perscrutari.
62 Aequationem octauæ sphæræ ſm Alfonsi fundamenta numerare.
63 Aequationem octauæ spæræ ſm considerationem Tebith supputare.

Finis Regiſtri Tabulæ Primi mobilis Ioannis de Monte regio.

¶Praestantissimo viro D. Thomae Resch Philosopho Poetae Theologo: & ecclesiae cathedralis Viénensis Canonico Georgius Tannstetter Collimitius Lycopensis Artium & Medicinae doctor. Studijq; vniuersalis Viennensis in Astronomia professor ordinarius. S.D.P.

Diturō mihi cōsūmatissimū opus tabularum eclypsium Magistri Georgii Peurbachii: nemo mihi omniū occurrebat/cui rectiꝰ id ipsum dicare uiderer q̄ tibi Thoma compater doctissime. Eras enī antea/cum bibliothecæ facultatis artium præfectum ageres/nobis in faciunda exemplaris copia/quo ad hanc editionem potissimū usi sumus/perq̄ sedulus adiutor. Et cum tuæ professionis ratio id postularet: præ cæteris ingenuis studiis/in quibus Encyclopædiam absoluisti Mathematicis disciplinis studiosissime sen per incubuisti Earūq; cultores adeo amplexus/imo demiratus es: ut quas artes omniū primū obseruares/facile scire possent hi qui te unq̄ nouere. Nolo ego hoc in loco recensere: qua humanitate: qua beniuolentia: qua munificētia me semper prosecutus fueris. excresceret enim epistolaris ratio: & a propositi cōsilio nimis diuertendum foret. Proinde cum Andream Stiborium præceptorem adeo ames: adeo semper extollas & cōmendes: eiusq; consuetudinis studiosissimus sis/& multis iam annis fueris: quis nō colligat: te me amare: qui a preceptoris nostri uita & eruditione pro uirili mea nō libens unq̄ abfui. Suscipe igitur præstantissime Thoma iam primum prœlo excusas tanti Mathematici tabulas/quas Ioannes de monte regio authoris discipulus: (dum in humanis fuit) Waradiensi episcopo dicauerat: & Waradienses tabulas appellauit. Quas laboribus hercle non paruis reuisas & emendatiores factas emisimus sub tuo nomine: eo maxime q; in te patronum habituræ essent: qui detractoribus respondere examussim posset: si qui emergerent: ut certe emersuros non dubito: presertim q; opus hoc exemplaribus alibi exscriptis/multis admodum est notum. Ne tamē plericq; scioli potius q̄ eruditi protritis & alibi notis/nos nostri gymnasii gloriam ex Mathematice studiis astruere uelle existimarēt: breuissimū cathalogum eruditissimorū mathematicorum: quos uetustissimum Germaniæ Viennense gymnasium summo cum honore & immortali gloria aluit: cum his quæ scripsere/hisce litteris subnectendum duxi. Vt optimus quisq; diiudicare posset: quanto in errore sint isti: qui Viennensi gymnasio: ut obscuro & tepescenti diligentia parum tribuere solent. Si enim tot inclyti uiri in hac una professione & perq̄ alioquin rara hic floruere: quis & in reliquis plerosq; non floruisse asserat? Verum hæc mi Thoma & tibi & his qui tui sunt similes perpendenda relinquo. quos nostrum hoc institutum in edendis codicibus ad cōmunē utilitatē pbaturos sat scio. Valebene. Viennæ Austriæ Septimo Idus Ianuarias. Anno Christi supra sesquimillesimū decimoquarto.

¶Viri Mathematici quos inclytū Viēnense gymnasiū ordine celebres habuit.

HENRICUS DE HASSIA GERMANUS Vir undecūq; doctissimꝰ: ex uetustissimo parisiensiū studio primus omniū mox a primeua nostri studii Viēnensis fundatione Theologiā Astronomiam & alias artes nobilissimas inuexit. Theologiā cū Henrico de oyta theologo celeberrimo primꝰ docere cœpit. Sed q̄ profundus & subtilis in Astronomia fuerit/liber primꝰ suarū cōmentationū in genesim facile testat. Vel hoc etiā/q; doctissimoq; astronomorū Parisius Ioannis de linerīs germani:& Ioannis de saxonia contēporaneus extitit. Scripsit theoricas planetarū:& alia quædā in astronomia. In theologia opera multa & p̄clara: q̄ Viēnæ in bibliotheca collegii ducal' repositā sunt. Obiit anno Christi. 1397. Tertio Idus Februarii. In ecclesia cathedrali Viennensi honorificentissime sepultus. Cui & collegæ suo Henrico de oyta hoc epitaphium sub insigni pictura positum est.

Hic sua busta tenent fidei firmissima quondam
Lumina: diuinū quæ sonuere melos.
Quiq; diu docuere deum sub numine trino
Solum: cui subeant quicquid in orbe uago est.
Ingenitum patrem natūq; & pneumatis ignem
Quo duce succendit pectora uerus amor.
Sacra Viēnensi Cathedra qui dogmata patrum
professi: cunctis scripta dedere plagis.
Iamq; deo quem tum toties cecinere fruunt̄
Viuent & eterno phama parata simul.

IOANNES DE GMVNDEN Anno Christi. 1406. in liberaliū artium & philosophiæ magistrū Viēnæ promotus Astronomiā docuit: et sacræ Theologiæ operā dedit. Deinde suarum uirtutū & doctrinæ merito canonicatū in ecclesia S. Stephani:& eiusdē studii uicecācellariatū aliaq; bñficia ecclesiastica adeptꝰ est. Moritˉ anno christi 1442. In eccl'ia cathedrali Viēnēsi sepultꝰ. Scripsit hæc: q̄ adhuc in bibliotheca facultatis artiū extāt.
Tabulas de planetarū motibus:& luminariū eclypsibus uerissimas ad meridianū Viennensem.
Kalendarium quod multis sequentibus annis utile erat & iucundissimū.
Tabulas uarias de parte proportionali.
Canones in tabulam tabularum.
Libellum de arte calculandi in minutiis phisicis.
Tractatum sinuū.
Equatorium motuū planetarum ex Campano transsumptum.
Compositionem Astrolabii: & utilitates eiusdem/& quorundam aliorum instrumentorum.
Habuit discipulos plures egregios: quorum uetustas nomina aboleuit. Hic unicus Georgiꝰ prunet ex Ruspach studiosissimus astrorum obseruator pulcherrima instrumēta & libros quosdam collectos post se reliquit: quæ in bibliotheca præfata hodie cernuntur.
Circa hæc etiam tempora uenerabilis dñs Georgius præpositus Neoburgensis:& Ioannes Schinttel: et Ioannes feldner Artium magistri uaria & iocunda quidē in astronomia elaborauerunt.

GEORGIVS EX PEVRBACH In limitibus bauariæ & Austriæ natus. Artiū & phie magr studii Viēneñ. In collegio ciuiū collega. Præceptor Ioannis de mōte regio Viēnæ nouus astronomiæ instaurator/floruit iperāte gl'iosissimo Rōnoq; impatore Friderico tertio Archiduc austriæ. Qui & a p̄fato dño impatore:& Sigismūdo altero archiduce austriæ annuo est dotatus stipēdio:& a Reuerēdissimo cardinale patriarcha constātinopolitano D. Bessarione/dū illuc ageret/ob eius doctrinæ excellentiā sūma uenerationē habitus. Mortē obiit nondū q̄dragenarius Anno Chr̄i. 1462. Sexto Idus Apriles. In eccl'ia cathedrali uiēnæ: hoc sibi inscripto epitaphio sepultus.

Extinctum dulces quidnam me fletis amici. Destituit terras animus: cœlūq; reuisit.
Fata uocant. Lachesis sic sua fila trahit. Quæ semper coluit: liber & astra colat.

Scripsit hic celeberrimus uir uaria opuscula & præclarissima. sed quæ ad nostrā noticiam peruenere/diligentia D. Andreæ Stiborii conquisita/sunt hæc
Sex primi libri Epithomatis Almaesti.
Theoricæ planetarū opus insigne.
Tabulæ eclypsiū sup meridiano uiennensi.
Collectio tabularum primi mobilis & quarundam noua compositio cum singulari usu.
Canones Astrolabii.
Introductorium in Arithmeticam.
Extensio Organi Ptolemæi pro usu horarum germanicarum ad omnia climata cum demonstratione.
Canones Gnomonis cū noua tabula pulcherrima.
Cōpositio Cōpasti cū regula ad oia climata.
Compositio nouæ uirgæ uisoriæ: cum lineis & tabula noua.
Instrumentū pro ueris coniunctionibus solis & lunæ. In quo uetus instrumentū de insufficientia taxat.
Noua tabula sinus de decē minutis in decē/per multas millenarias partes/cū usu: quæ plurimarū rerū nouarum in astronomia occasio fuit.
Modus componendi & demonstrandi tabulam altitudinis solis cum tabula ipsa.
Modus describendi horas ab occasu in pariete.
Tabulæ æquationū motuū planetarū nouæ/nondum perfectæ & ad ultimū completæ.
Tabula noua proportionis paralellorū ad gradus æquinoctialis cum compositione eiusdem.
Tabula noua stellarum fixarum.
Almanach perpetuū cum canonibus reduxit ad nostra tempora.
Plura de quadrantibus.
Calculauit & almanach pro annis pluribus. Fecit sphæras solidas/& alia plura instrumenta.

IOANNES DE MONTE REGIO FRANCVS. Germaniæ decus. Artium & philosophiæ magister In astronomia & in omni arte mathematica ita excelluit: ut nouus artis princeps ab omnibus haberet. A potētissimo rege ungariæ Mathia/cui tabulam primi mobilis inscripsit:& aliis Reuerēdissimis p̄fati regni epīs: quibus alias tabulas & instrumēta dicauit: annuo stipēdio: præciosissimis uestibus: aliisq; liberalissimis muneribꝰ remuneratus est. Ad Nurenbergā deinde p̄fectus/magno honore a ciuibus suscipit. Et postremo ob Calendarii nostri emēdationē a Sixto quarto pōtifice maximo in urbem uocat. ubi rebus infectis febre pestilentiali: uel (ut alii asserunt) ob inuidiam a Georgii trapesuntii filiis ueneno interemptus est. Monumenta quibus nomen suum per uniuersam fere Europā transmisit sunt hæc.

¶Index operum Ioannis de Monte regio: quem dum in humanis erat imprimi curauit: huc secūdario appressus.

Aliena.

Theoricæ nouæ planetarum Georgii peurbachii Astronomi celebratissimi cum figurationibꝰ oportunis.
Marci manlii astronomica. Hæc duo explicita sunt.
Cosmographia Ptolemæi noua traductione. Nam uetula ista Iacobi angeli florētini/quæ uulgo habetur/uitiosa est: interprete ipso (bona uenia dictum fuerit) neq; linguæ græcæ satis neq; mathematicæ noticiam tenente. Qua in re summis arbitris fidem haberi fas erit Theodoro gazæ clarissimo uiro ac græcæ latinæq; doctissimo:& Paulo florentino grecarum quidē haud ignaro: in mathematicis autē plurimū excellenti.
Magna compositio Ptolemæi: quam uulgo uocant almaiestum noua traductione.
Euclidis elementa cum anaphoricis Hypsiclis editione Campani: euulsis tamen plerisq; mendis: quæ proprio etiam indicabuntur cōmentariolo.
Theonis alexandrini clarissimi mathematici cōmentaria in Almaiestum.
Procli sufformationes astronomicæ.
Quadripartitum Ptolemæi & Centum fructus eiusdem noua traductione.
Iulius firmicus quantus reperitur.
Leopoldus de Austria. & si qui alii prædictores astrologici illustratione digni uidebunt̄. Nam Antonii quoq; de montulmo: q̄uis fragmenta in usum multiplicem exponentur.
Archimedis geometræ acutissimi opera de sphæra & cylindro. De circuli dimensione. De conalibꝰ & sphiralibus. De lineis sphæralibus. De æquiponderātibus. De quadratura parabolæ. De harenæ numero: cū cōmentariis eutocii ascolonitæ in tria opera ex prædictis: scilicet de sphæra & cylindro: de dimensione circuli: de æquiponderātibꝰ.
Traductio est Iacobi cremonensis: sed nō nusq; emendata.
Perspectiua Vitelonis: opus ingens ac nobile.
Perspectiua Ptolemæi.
Musica Ptolemæi cum expositione Porphyrii.
Menelai sphærica noua editione.
Theodosii sphærica. Item de habitationibus. De diebus & noctibus noua traductione.
Apollonii pergensis conica. Item Sereni cylindrica.
Heronis inuenta spiritualia Opus mechanicum miræ uoluptatis.
Elementa arithmetica Iordani. Data eiusdem arithmetica.

Quadripartitum numerorum: opus uariis scatens argutiis.
Problemata mechanica Aristotelis.
Hygini Astronomia cum deformatione imaginū cœlestium.
¶Facta preterea est arbor rhetoricæ tullianæ speciosa imagine.
Et filet descriptio totius habitabilis notæ: quam uulgo appellant Mappam mundi. Cæterum Germaniæ particularis tabula. Item Italiæ: Hispaniæ: Galliæ uniuersæ: Greciæq. Sed & suas cuiq; historias ex auctoribus plurimis cursim colligere statutum est: quæ uidelicet ad montes: quæ ad maria: ad lacus amnesq; ac alia particularia loca spectare uidebuntur.

¶Opificis tētata

Quæ essent ne prodenda an non/pudor ingenuus & Respublica litteraria diu inter se disceptauere.
Ratio audendum censuit.

KALENDARIVM NOVVM Quo ꝓmunt coniūctiones ueræ atq; oppōnes luiariū ltēq; eclypses eorūdē figuratæ. Loca luiariū uera quotidie. Horarū tā æquinoctialiū q̄ tpaliū discrimina duplici instrumēto ad quasuis habitationes. Ac alia plurima scitu iucūdissima. Ephemerides quas uulgo uocāt Almanach ad triginta duos annos futuros. Vbi quotidie intueberis ueros motus omniū planetarū: capitisq; draconis lunaris: una cū aspectibus lunæ ad solem & planetas. Horis etiā aspectuū eorūdē haud friuole adnotatis. Neq; planetarū inter se aspectibus prætermissis. In frontibus paginarum posita sunt indicia latitudinū. Eclypses deniq; lumi nariū (siquæ futuræ sunt) locis suis effigurantur. Hæc duo opera iam absoluta sunt.
Cōmentaria magna in Cosmographiā Ptolemæi: ubi exponit fabrica ususq; instrumēti Metheroscopi: quo Ptolemæus ipse uniuersos ferme numeros totius opis sui elicuit. Falso eni quispiā crediderit tot lōgitudinū latitudinūq; numeros p supernoꝝ obseruationes innotuisse. Preterea descriptio sphæræ armillaris/una cum tota habitabili in plano ita dilucidatur/ut pleriq; omnes discere queant. quam nemo antehac latine intellexit: uitio traductoris obstante.
Cōmentariolū singulare cōtra traductionē Iacobi angeli Florentini. quod ad arbitros mittetur.
Theonis alexandrini defensio in sex uolumib⁹/cōtra Georgiū trapezuntiū: ubi plane quis deprehēdet friuola eius esse cōmētaria in Almaiestū: traditionēq; ipsam opis Ptolemaici uitio nō carere.
Cōmētariolū quo cōmonstrant placita Cāpani ex editione elemētoꝝ geometricoꝝ reiicienda.
De quinq; corporibus æquilateris: quæ uulgo regularia nuncupantur: quæ uidelicet eorum locum impleant corporalem/& quæ non: contra cōmentatorē Aristotelis Auerroem.
Cōmentaria in libros Archimedis eos qui Eutocii expositione carent.
De quadratura circuli: contra Nicolaum cusensem.
De directionibus: contra Archidiaconū parmensem.
De distinctione domiciliorum cœli: cōtra Campanum & Ioannem gazulum ragusinū: cuius & alia de horis temporalibus decreta ibidem retractantur.
De motu octaue sphæræ: contra Tebith suosq; sectatores.
De instauratione kalendarii ecclesiæ Breuiarium Almaiesti.
De triangulis omnimodis quinq; uolumina.
Problemata astronomica ad Almaiestum totum spectantia.
De Cometæ magnitudine remotioneq; a terra. De loco eius uero &c.
Problemata geometrica omnimoda Opus fructuosæ iucunditatis.
Ludus pannoniensis: quem alias uocare libuit Tabulas directionū.
Tabula magna primi mobilis/cum usu multiplici/rationibusq; certis.
Radii ustorii multorum generum/cum usibus suis.
De ponderibus & aquæductibus/cum figurationibus instrumentorum ad eas res necessariorum.
De speculis ustoriis atq; aliis multorum generum usuſq; stupendi.
¶In officina fabrili ASTRARIVM ī cōtinuo tractatu est. Opus plane ꝑ miraculo spectādū.
Fiunt & alia instrumenta astronomica ad obseruationes cœlestium. Itēq; alia ad usum uulgarem quotidianum: quorum nomina longum est recitare.
Postremo omniū artē illā mirificā litterarū formatricē monimētis stabilib⁹ mandare decretū est. (deus bone faueas) Qua re explicita/si mox obdormierit opifex/mors acerba non erit: quom tantum munus posteris in hereditate reliquerit: quo ipsi se ab inopia libroꝝ perpetuo poterunt uindicare.

¶Hi duo uiri celeberrimi Astronomiā nobilissimā disciplinā e memoria hominū pene obliteratā magnifice restituerūt. Reliq; rūt post se uiros doctos & excellētes in astronomia Magistrū Henricū seldner. Magistrū Eberhardū schleisinger. Magistrū Ioannē de phortzē philosophū Astronomū & Theologū insignē. Magistrū Ioannē de kupfersperg. Ioannē dorn eorundem instrumētoꝝ elaboratorē artificiosissimū. Hic postea ordinē fratrum predicatoꝝ ingressus/ibidem uaria instrumēta ex ære: nouiter uero sphæras solidas tres miræ magnitudinis diligenter elaborauit. Vixit hic frater Ioannes in monasterio fratrū predicatoꝝ usq; in annū christi. 1509. ubi magno confectus senio quieuit in pace.

CHRISTANNVS MOLITORIS EX CLAGENFVRT Artium & philosophiæ magister nostri studii Astronomus insignis. Qui prognosticis suis magnam sibi gloriā præ cæteris suæ ætatis astrologis cōparauit. Scripsit in astrologia certa opuscula: quæ apud doctos magno in precio habent. Obiit Vienne ex peste Anno Christi. 1495. Habuit discipulos multos. Inter quos magister Ioannes fabri ex Weyssenburg non parū ꝓfecisse uidet. qui & Christoferū fabri eius cognatum Artium & philosophiæ magistrū in astronomica disciplina egregie instituit.

IOANNES MVNTZ EX PLABEIRN Artiū magister. Sacræ theologiæ baccalaureus formatus: & ecclesiæ cathedralis Viēnensis canonicus: in Astrologia ita excelluit: ut nulli sua ætate secūdus iure estimari potuit. Scripsit ꝓgnostica a stellis sumpta: q̄ præ aliis oīb⁹ tūc in precio erāt. Obiit aūt hic uenerādus uir Viēnæ Anno Christi. 1503. Tertio nonas Decembris In ecclesia cathedrali sepult⁹.

IOANNES STABIVS AVSTRIACVS Vates & poeta. Cæsareæ maiestatis Cosmographus & historicus. Vir omnifariā eruditus: & in nouarū rerū inuētionib⁹ fœliciss imi ingenii. Cui⁹ perraris inuētis Inuictis. & illustris. Cæsar Maximilianus quotidie oblectatur. Et eius Stiboriiq; (de quo paulo infra dicā) ingenia miratus: lectiones publicas in astronomia & mathematica Viēnæ nouo stipēdio instituit. Inter cætera nobilissima ei⁹ inuēta mathematica hæc a me discipulo suo collecta sunt.
Horoscopion uniuersale in lineis helicis Opus mirandum.
Horoscopion item uniuersale in lineis columnaribus.
Instrumentum ascendentis cum domibus & stellis fixis ad diuersas eleuationes.
Instrumentum horometrum ad omnia climata cum uario usu.
Cōpositio Metheroscopii pro accipiēda lōgitudine ciuitatis ignota/cōpēdiori uia q̄ Ptolemæus hēt.
Compositiones uariarum proiectionum uniuersalium Ptolemæi pro toto globo.
Variæ chartæ chorographicæ propria peregrinationis lustratione depictæ.
Descriptio uarioꝝ modoꝝ pingēdi tabulas cosmographiæ Ptolemæi ex ueris pricipiis artis picturæ.
Modus distantias miliariorum inter diuersa loca uariis instrumentis mensurandi.
Modus constituendi tabulas cosmographiæ: quo tam ab uno loco q̄ a diuersis ad diuersa loca distātia miliariorum rite inueniatur.
Cōstitutio tabulæ cosmographicæ: sub quo gradu signi: & cui⁹ planetæ dñio q̄is hītatio sit subiecta.
Modus faciendi horologium lunare ad quamcūq; eleuationem & superficiem in lineis helicis
Et alia plura iucundissima mathematicalia. In reliquis deniq; artibus uir subtilis & penetrantis ingenii Carmine & prosa plura & pulcherrima molitur: quibus se aliquando posteritas oblectabit.

ANDREAS STIBORIVS BOIVS Philosophus Mathematicus & Theologus acutissimus. Ecclesie cathedralis Viennensis canonicus. Mathematicā multis annis publice cū magna sua gloria: & deniq; maxima suorum discipulorum utilitate professus est. Eius ingenii excellentia ex his operibus quæ subscripto indice continentur: que & adhuc deo uolente parabit/facile probabitur.

¶Inder lucubratoꝝ eiusdē magistri Andree Stiborij Boij ꝓceptoris mei.

Opus umbrarū quinq; libris partialib⁹ diuisum. In quo diuersarū ꝓiectionū speculatiōes/instrumēta/et horologia noua cū uariis circulis sphere ad diuersas eleuationes & supficies comprehenduntur.
Liber instrumētoꝝ astronomicoꝝ primi & secūdi mobilis/cū canonibus proprijs & ueteribus.
Clypeus austriacus cum canonibus. In quo astrolabii facies omni momento relucet.
Libellus de uariis horalogiis sphericis: concauis: columnaribus: piramidalibus: annularibus.
Libellus de uariis compastis. Libellus de uariis quadrantibus.
Introductoriū in sensibilem philosophiā cū uariis astronomicis picturis & kalendario astronomico.
Arma pietatis Stiborii.

Cõtẽplatio scoue.
Contemplatio faciei saluatoris.
Libellus de auctoribus mathematices:
Contemplatio speculi pietatis.
Contemplatio de diuersis matrimoniis:
Præfationes in libros diuersos in mathematica a se publice professos.
Determinationes quarundam questionũ de quolibet.
Libellus primi mobilis quadripartitus: geometrice: arithmetice: exemplariter & instrumẽtaliter &c.

¶Inder vetustissimorum exemplarium magistri Andree Stiborij Boij.

In perspectiua.

Vitelonis ingens & consũmatũ opus.
Alhacen auctorem perspectiue.
Bachonis rogerii pspectiuã singularẽ.
Bachonem de speciebus.
Eundem de loco stellarum.
Alius liber de loco stellarum singularis.
Librũ de iride demõstratiuũ & consũmatissimũ.
Balneolum de centro uisus.
Librum de speculis ustoriis secretum.
Bachonem de eisdem.
Balneolum de foramine triangulari.
Eundem de sinibus & chordis optimũ.

In Geometria.

Euclidẽ cũ antiquissimo cõmẽto incerti auctoris.
Geometriã cõmensuratoris absolutissimũ opus.
Dominicum parisiensem de cõmensurationibus.
Quadraturam circuli Cuse Archimedis et aliorũ.
Cusam de transmutationibus figurarum.
Idem de complementis theoricis.
Liber Geometrie quadripartitus singularis.
Quadratum geometricum cum canonibus & tabulis Georgii peurbachii.
Demonstratio linearum semper approximantiũ et nunq̃ concurrentium.

In Astronomia.

Almaiestũ maius duplici translatione & glosulis.
Commentariũ Georgii valle in almaiestum.
Epitoma Almaiesti Virdũni.
Epitoma albategni.
Opus demonstratiuum Gebri nouem librorum.
Planisphærium ptolemei.
Planisphærium Iordani.
Demonstratio astrolabii Iordani.
Opus theodosii de sphæris.
Milleus de triangulis sphæricis:
Liber demonstratiuus tabularum primi mobilis.
Demonstratiões albionis instrumẽti nobilissimi.
Theorice campani opus singulare.
Theorice henrici de hassia.
Demonstrationes campani super theoricas.
Reprobationes epicyclorum.
Ptolemeus de arte sphærica.
Esculeus de ascensionibus.
Abhomadi de nubibus.
De figura sectoris.
Canones Ioannis de monte regio super albione.
Eiusdem super astrolabio.
Eiusdem super Torqueto.
Eiusdem super quadrato geometrico.
De ualore triangulorum liber antiquissimus.

In Arithmetica.

Quadripartitũ numerorũ opus cõsũmatissimũ.
Arithmetica Iordani.
Algorismus demonstratus.
Rithmomathia.
De mistication numerorum.
Achmetus de proportionibus singularibus.
De cõmensuratione motuũ cœli.
Dedomenorũ euclidis.
Iordanus de datis.
Demonstrationes cosse.

In metaphisica.

Albertũ de causis Epitoma totius platonice philosophiæ.
Methaphisicam phisicã & theologiã lulli.
Propositiones proculi ducente & undecim.
Propositiones methodii singulares.
Propositiones clementis pape.

In Magia.

Magiam alberti magni.
Alkindus de radiis stellicis.
Libellus Linconiensis de lineis phisicis.
De potentia actiua & passiua/mirabilis.
Et quedam alia.

STEPHANVS ROSINVS Ex augusta uindelicorũ. Artiũ & philosophie magister. Sacre pagine baccalaureus. Decretorũ licẽtiatus. Cathedralis ecclesie Viennensis canonicus Astronomiã aliquãdiu fidelissime docuit. Supputauit tabulam declinationũ stellarũ fixarũ & uaria prognostica: maiora proculdubio compilaturus.

IOANNES ANGELVS Bauarus Ex Aichen. Artiũ & medicine doctor. Astronomus excellens: qui specialiter plurimũ in emendatione librorũ & tabularũ ualuit. Scripsit libellũ de correctione Calendarii. Supputauit ephemerides plures: & uaria prognostica. Tabulas æquationũ motuũ planetarum magistri Georgii peurbachii dum absoluere: & ad ultimũ complere conabatur/diem clausit extremũ Viennæ Anno Christi. 1512. Tertio Calendas octobres.

MAGISTER GEORGIVS RATZENPERGER Natione bauarus. Vir multarum rerum cognitione insignitus. Et inter cætera eruditionis suæ documenta in Astronomia adeo excellit: ut hic doctissimis eius artis uiris merito connumerandus ueniat.

DOMINVS PAVLVS in monasterio Melicensi Astronomꝰ & Cosmographꝰ pspicacissimꝰ.

IOANNES EPPERIES & Erasmus ericius uiri præstantissimi hac etiam tempestate Mathematicam cum multorum admiratione docuerunt.

IACOBVS LATERANVS philosophus Astronomꝰ & Poeta. IOANNES quoq; fabricius ex Reyffling Philosophus & Astronomus insignes clarent. Hic enĩ Fabricius meus confrater erat et alterius lectionis astronomicæ merito doctrinæ suæ professor ordinarius.

IOANNES TZERTE Ciuis & senator urbis Viennensis. Vir prudens & industrius: & in mathematicis disciplinis miræ gratiæ: hisq; presertim quæ ad fundamentalem picturæ & edificiorum rationem pertinent.

ANDREAS KVENHOFER Ex Nuerñberga/sub preceptoribus nostris D. Stabio & Stibrio Viennæ in Cosmographia & tota Mathematica adeo profecit: ut per totam Italiam: & precipue in urbe ipsa ubi doctissimorum uirorum copia est/præclarus habeatur. Nec dubium/quin posteritati excellenti suo ingenio profuturus sit.

¶Ioannes Michaelis Buborensis Ad excellentẽ Mathematicum Andream Kuenhoffer Nuerbergensem Amicum suum.

En tibi germano/qui cœlos astraq; nosti,
Nobile Germani dogmatis exit opus
Hoc tu ad cœlestes uteris docte recessus
Scrutandos: hic est regula certa poli.
Seu rutili stellis conamina prospicis orbis:
Ad cuius rapitur quisq; planeta uices.
Seu uersam in maculas lunam: seu solis ad umbram
Respicis adnexo/quas parit orbe soror.
Quo latium, Solers usu germania uincit.
Et primos summa hac nutrit in arte uiros.
Nos latio linguam finimus: reliqua Attica tellus
Addidit, astronomos barbara terra fouet.

GEORGIVS STROLIN Patricius Vlmensis Medicinæ studiosissimus: & in Astronomia apprime doctus. Cuius officio & exemplaribus in emendatione geminarũ tabularum nonnunq̃ usus sum. Qui & ob studiorũ nostrorũ cõformitatẽ: uitæq; & morum honestatem mihi est coniunctissimus.

¶Ad Georgiũ strolin patriciũ Almensem Leonardi coturnini Epigrãma.

Gratulor ipse tibi, reliquisq; colende georgi,
Sidera qui passim discere pulchra solent.
Quod Collimitii cura/uigiliq; labore,
In lucem ueniunt hæc monumenta uirum
Quos habuit quondã, pulchra ornamẽta uiẽna,
(Vt nunc) eximios qualibet arte uiros.
Nouere astrigeros motus: elementa: deosq;
Et quicquid pulchri philosophia tenet.

IOANNES KOLPECK EX RATISBONA Medicinæ Astronomiæq; studiosus. Qui astronomica instrumenta quæcunq; uel ex ære uel ex alio materiali eleganter & artificialiter fabrefacit. ET EGO Præceptorum meorum doctrinam & præcepta imitatus Cathedram in Mathematic| disciplinis:annuente Deo & Inuictiss. Illustrissimoq; Romanorum imperatore Maximiliano:iam teneo| has artes pro mei ingenii uiribus profiteor. Quod si deus cœlorum pius arbiter uitam mihi longiorẽ concesserit:curabo ne a tam doctis & exquisitissimis præceptoribus prorsus degenerare uidear.

¶Magister Thomas Resch ex Krems Theologus: Poeta: Viẽneñ.ecclesie cathedral' canonic⁹ Viro excellẽtissimo medicinae ꝛ mathematices ꝓfessori eruditissimo Dño Georgio Tannstetter Collimitio Magna charitate amico dilecto Salutem ꝛ Foelicitatem.

POstulasti sepenumero studio flagranti| uir insignis & eruditissime| quorundam illustrium scriptorũ codices uetustos ex publica gymnasii bibliotheca: cui tum custos & instaurator præfuerã: tuis imo publicis usibus emitterem. ut scilicet clarorũ scripta uirorum iam dudum & situ & carie & oblitteratione squalẽtia| iterum in rediuiuæ lucis auram traducere possis. Vnde tuo isti tam pio sanctissimoq; desiderio cõtinuo & letus & lubens parui. Totoq; litterario cetu non abnuente| uirorum illustriũ de natione germanica| deq; nostro Viennensi gymnasio summe meritorũ Georgii peurbachii| atq; etiam Ioannis de monte regio alemanorũ| nostræq; achademiæ alumnor⁹ Tabellas geminas Eclypsium atq; etiam Primi mobilis tuis manib⁹ tuaq; lima castigatissima illustrandas. Publicitusq; Calcographorũ cura circumferendas emisi. ut habeant:legant: uideantq; passim & nostra sæcula & doctissimorum hominũ grata posteritas præsignis achademiæ nostræ alumnos diuinæ & ingeniosissimæ mathematicos multipliciq; litterarum sapientia floruisse. Desinatq; tandem calumniator malignus splendidulas pauonis pennas suligino sa coruorum nigricie uelle inumbrare. Perge igitur Georgi mi obseruandissime: proq; animi tui dexteritate ad totius Reipublicæ commodũ ingens| tabellas ipsas multa posteritatis laude dignissimas in lucem proferto. Debent inde tibi gratias æternales authoris manes sepulti. Debet & tota illustrium litteratorum turba gymnastica: quibus & famam decusq; cum tua ingenti gloria restituere paras. Equidem sepenumero sic mecum ipse uoluebam:& te & Stabium Stiboriũq;: Rosinũ: Angelum: Ericium Mathematicos nobiles & multo litterarum splendore nitentes| in nostris oris germanicis a deo optimo maximo conseruari. ut essent| per quos inclyta & preciosissima Mathematices studia aliquãdiu & turpiter & barbare phabita subsisterẽt et respirarent. Nec te canina zoilorũ facies dimoueat ab cœptis tam salubriter auspicatis. Equidẽ nosti Georgi doctissime uipeream liuorum rabiem non nisi penes magna & ardua uersari. Nam summa petit liuor| perflant altissima uenti. Et petũt summa tela trisulca Iouis. Valeto fœlicissimus. Datũ Viẽnæ Quartodecimo Kalendas Martias.

¶Eiusdem Thomae velociani Hexasticon in geminas tabellas.

Qui uelis astrigeros mundi specularier orbes
Cur toties lateant sidera mœsta polo
Prospicito geminas arguta mente tabellas.
Quas Collimitii prouida cura dedit.
Euocat hic ueterum ceco phlegetontis ab orco:
Inclyta ne pereant tot monumenta uirum.

¶Ioannes Michaelis Budorensis Doctissimo Mathematicae et Medicinae professori Dño Georgio Tannstetter Collimitio Amico ꝛ Patrono. S.D.

DIu mihi fuit animus humanissime simul et doctissime Collimiti, Tabulas primi mobilis Ioannis de Monte regio, Et Eclypsium Georgii Peurbachii| undecũq; conquisitas & elimatas, in communem Germanæ industriæ frugem & utilitatem tandem emittere. Idq; idipsum ut aliquãdo assequerer| difficillimas, deũ testor, peregrinationes, et in scribẽdo transeundoq; non sane triuialem operam mihipsi uolens imposui, Cum Romæ| ubi me lactis gallinacei hausturn in exemplari uno natum esse confidebam: tum etiam Cracouiæ| quam anno superiori ob hanc unicam susceptam prouinciã| etiam dissimulans petieram. Et certius quidẽ (ut uerum fatear) nihil habebam| q̃ laborum omniũ omniũq; occupationũ ea in re finem: uotiq; secundos euentus. Verum, ut sæpe fit, aliquorum inuidia| qui se solos sapere existimant, & sub tenui etiã pallio sapientiæ locum esse nõ credunt, impeditus| id quod conabar consequi neutiquã potui, maxime q̃ homini Astronomiæ studioso maximo impedimẽto erant. Quorum ego uersutiam & incoctam inuidentiam euictam sensi| q̃ primũ Cracouiam relinquens Viennam perueni: Viennam inquã ad te: qui litteratorii ordinis hominibus liberalis hospes semper fuisti: hisq; presertim| qui preter terrarum cognitionem cœlum etiam ipsum affectant. Qui mihi statim præfatas tabulas| exemplari emendate scripto: et (ut credo| authorũ ipsorum diligentia reuiso: cum quadam gratificandi sedulitate ostendebas: nescio an fato: an casu. Fato crediderim: casu minus: propterea q̃ eaipsas antea tibi ceu spiritu quodam fatidico ductus| ex fœcunda liberalium artium bibliotheca: qua multa est emendatorum librorum copia decerpseras: maxima mea lætitia. Mirabar enim gymnasii uestri fœlicitatem: q̃ post tot inclytos Astronomiæ professores: inclyta etiam ingeniorum monimenta seruare uideretur. Mirabar & tuam sedulitatem: fidem: uigilantiam: quibus ut exirent: imo elimate & integre exirent| que deprompta erant opera tua diu noctuq; curasti. Quæ me etiam eo diligentiæ prouexit: ut studium diligentiamq; in componendis characteribus: formulisq; calcographic| formandis: quibus pluribus iam annis exerceor| libere fuerim pollicitus. Quid uterq; præstiterit| censebunt posteri: deq; nobis longo æuo futurorum iudiciũ erit. Id sane de me ausim fateri: Industriã meam| quantulacũq; illa in Siderum & Mathematicæ rationibus extat: uires: studium: & diligentiam suscitatã esse: ad eorum in Astronomicis uestigiis laborem| qui cœli & cœlestiũ rerum sunt studiosi pro uirili iuuandum. Est etenim liber in manib⁹| meis dico & Fœderici Grisogoni Dalmatæ Artiũ & medicinæ doctoris: de Iudiciis natiuitatũ Pie memoriæ Ioannis Lucilii Hypodami| alias Santtreiter Heilbrunneñ. Præcepotoris quondã nri in hac re cõis: ut lectu dign⁹: ita & memoria & perennitate dignissim⁹. Quem amplissima minerua| & plus q̃ dici queat ingenio subtili Mundi deus| dum in humanis fuit ditauerat: ut tuipse ex his quæ supersunt monimentis subodorari poteris. Quem nos opera tua auxiliante conformi sedulitate in iuuanda studiosorũ sollicitudine comitabimur. Et inter cætera Tabulis ad Planetarum reliquorum motum attinentib⁹| euidentiori ueritate: et facilitate plus gratiosa: posteris indubie placituris. Quæ ut emergant| eo animo| quo sunt instituta| sũmopere nitemur. Vale doctissime Collimiti: meq; qui tui sum studiosissimus| iugiter ama. Viennæ Austriæ Anno ab Incarnatione Christi Millesimo quadringentesimo ac quarto decimo. Pridie kalendas Maias.

¶Jacobus spiegel Selestanus Jureconsultus Caes. ⁊ Archiducalis Secret. Ac. iuriū in studio Vienneñ. professor. Ad Germaniam ingeniosam.

Bombarda, & ratio prœli, quo littera manat,
Vim rari ingenii iam prius edocuit,
At nunc quod numeris præstes sacræq; mathesi
Purbaccho, & Iano gratia danda uenit,
Cætera sunt aliis tecum cōmunia, tris has
Ingenii dotes suspice: Quære pares:

¶Sebastiani Vunderlij Carmen ad Librum.

I celer, & letus totum te pande per orbem
Qua norint homines uerba latina loqui.
Nam satis es duro, iam tandem pumice tersus:
Et doctis tecum dogmata rara geris.
Te plausu ingenti Latius, te Sarmata bellax:
Teq; Tagi potor sumet utraq; manu.
Et dicent longum sis fœlix pulchra Vienna,
Quæ tanti profers scripta sepulta uiri.

¶Nicolaus Gerbelius Pbortzeñ. Ad doctissimū Georgiū Tannsteter Collimitiū Artium ⁊ Medicinae doctorem. Et Astronomiae Viennae professorē Dñm et Preceptorem suū Andreae perlach Stirij Octostichon.

Quid non tentarunt prisci quo noscere possent
Et motus cœli multiplicesq; uices.
Nec tantū motus: sed & ingeniosa polorū
Mensura ex omni cognita parte fuit.
Nec minus emensō uariantia tempora cœlo
Astra animos cura detinuere graui.
Quid dicam Solem: quid Lunā: quid uaga cœli
Lumina: quæ passim lucidus axis habet.
Scilicet ornatus: hos cognouisse patentis:
Philosophis mundi perplacuisse reor.
Quo melius possent excelsa mente supremū
Scire opus: & quicquid pulchrior orbis habet.
Magna satis certe sunt hæc, maiora sequentur:
Qui regit hunc orbem edidicere deum.
His eteni mens sancta modis assurgere præceps
Nititur: his gtadibus regna tonantis adit.

Astra per æthereos motum uariantia cyclos,
Et certas rerum colligis arte uices.
Nec satis hos, lucem iuuat accepisse priores,
Te duce: qui dudum nil nisi nomen erant.
En iterum liber est tetris reuocatus ab umbris:
Quo germana suū gloria pignus habet.
Quæ tibi se multum debere fatebitur olim:
Inq; tuo ponet nomine grata decus.

Emendanda in transcursu errata (tum ob nimiam Calcographorum festinantiam: tum etiam q; simul totum perspici aliquid prorsus nequeat: ut in opticis ostendit) subsequunt.
In tabula distātiæ ueræ coniūctionis aut oppōnis a media/notas M numeris introitualibus Argumentorū/solis uidelicet in frōte sig. o. & lune in latere descēdēti sig. 3. ceu gnomone interceptas in A uerte.
In tabulis æquationis solis numeri laterales tā ascēdentes q̄ descēdētes gradus & minuta argumēti sol' ingredieti offerūt: q̄q̄ titulis discrepātib⁹: ut in quarta seu ultima earundem satis liquet.
In tabula distātiæ coniūctionis uisibilis a uera Ad clima septimū/loco Arietis pisces: & e regione pro piscib⁹ falso titulo arietē positos cernes: put characteres taliū signoꝝ eisdē noīb⁹ suprapositi rite indicāt.
In tabula ueri motus solis in horis & minutis: in titulo numeris introitualib⁹ in frōte tabule inserto/loco Lune ponat Solis: sic uidelicet. Argumēti Solis signa & gradus.
In calce fere exēpli eclypsis lunaris: canonib⁹ cōmoditat| gra annexi: ubi cū tpe dimidiæ duratiōis & cū argumēto lunæ æquato uerū motū eiusdē in horis & fractiōib⁹ ex tabula huiuscemodi titulo insignita elicere iubemur: loco sig. 1. gr. 4. m. 44. ibidē pressoꝝ/denoiatiōib⁹ tm̄ imutatis pone gr. 1. m. 4. fa. 44.
Et si litteræ uel numerorum figuræ transpositæ aut inuersæ/uel aliæ fortassis leues mendæ occurrerint: facilis supputatoris labor & bona industria emendare poterit.

¶Praefatio Magistri Andreae Stiborij Boij in tabulas Eclypsiū Mr. Georgij peurbachij Viri Mathematici eruditissimi.

Quis non gratuletur insigni reipublicae litterariae uestræ Rector Decane atq; cæteri uiri ornatissimi: q̄ e sinu uestri archigymnasii Vienensis tanq̄ e Troiano equo prodierint uiri heroes clarissimi In omni sciētiarū genere præpollentissimi. Et ut infinitos sacratissimæ Theologiæ sūmæ pietat| pfessores atq; ædificatores Iurisciētiæ Medicinæ Artiūq; clarissima lumina taceā: duos impresentiarū tantūmodo cōmemorabo mathematicos excellētissimos: per uniuersum pene orbē nō sine sūma glia & decore uri archigymnasii pclamatos/Georgiū Peurbachiū & Ioannē de Monteregio Francum. Nemini dubium esse potest/tam florētissimā uniuersitatem habuisse multa ingenia etiam profundissima: quæ si sua acumina in res ingenuas & perpetuo manentes conuertissent magis q̄ in ea dicta & commentationes quæ tunc meliores sunt habitæ pro suo sæculo & cum suo conatu mox euanescunt: glorioſum & perpetuū nomen longæ posteritati & multis gētibus trāsmittissent. Quemadmodū hi duo prænominati heroes Georgius & Ioannes: quoꝝ primus secundi præceptor/homo pientissimus collegii eiuium collega: ob plurima diui ingenii sui monumenta annuo stipendio ab archiduce Sgismūdo Austriæ legaliter donatus. in clarissimas res animū dies noctesq; intendens Astronomiam dico iuprimis cæteraq; Mathematicas disciplinas ueterum rudicum sapientialium uias: ut diuini Platonis uerbis utar. In quibus adeo profecit: ut tabulas nouas: epitomata: instrumēta: compositiones: & cætera id genus plurima/elaborauerit subtilissime: inuenerit doctissime: correxerit demōstratissime: ut clarissime in indice subscripto suoꝝ operum ex diuersis q̄ ego offendere potui singularissima diligētia collecto cernere datur. q̄q̄ nō dubitē multo plura diuini huiꝰ uiri ingenii extare monumenta: quæ ad nostram notitiā non peruenere. Quorū omniū hoc unicum (quod hic impressum est exemplar Tabulæ Eclypsium plane omnibus argumento esse potest/qualia sint cætera eius uiri lucubrata: cum nihil illic inuenias non summe doctum: non castigatissimū in tam abstruso atq; laborintheo totius Astronomiæ recessu: ut nos ab infinito pene chao difficillimarum in ea re operationū & intricatissimarū liberaret: & breuissima & precisissima uia in ueritatem usq; perduceret: cum uidisset priscos in precisione deficere. Quod altius cordibus imprimāt hi qui tantum Alfonsinis: Plankinis: & cæteris priscis tribuūt (raro aut nunq̄ solidis obseruationibus dediti) ut eos minime errare credant: & eoꝝ scripta sempiterno durare fragiliter autumant: quemadmodū & nonnulli de S. Thoma: alii de Scoto alii de Aristotele aut Cōmentatore &c. uane presumūt. Sed lōge alia ratio in Astronomia habenda est: ubi obseruationibus nouis semper per decursum temporis ueteribus inuētis aliquid addi aut minui oportet. Sicut de declinatiōe maxima Solis: Almanach perpetuo: Planetarū motibus: Motu octauæ sphæræ: & similibus obseruationibus certis plurimoꝝ: imprimis nostro sæculo a Georgio peurbachio liquido est compertū. Habes aream amplissimā blacterator frigidissime: uides tabulam æquationis Solis nouam/aliquot minutis ab Alfonsinis & aliis discrepantem. Euome si quid habes nō uenenatum: sed ueritati subnixum: cuius hic noster author studiosissimus & amantissimus fuit. Habes Ioannis de Regio monte monumēta clarissima. Sed contendis/hodie uniuersitatem Viennensem effœtam: et nullum esse qui aliquid dignum mathematices intelligat. Aspice Ioannis stabii Austriaci clarissima inuenta: quorum nonnullorum a se descriptorum indicem præmissum uides. Aspice nostra lucubrata quantulacūq; in præmisso pariter indice cōtenta. Coerce linguam: occurre magis aliquo tuo aut tuorum nobili inuento: & non inuidebimus: sed gratiam pro publica utilitate dignam magis/quemadmodum & huic nostro Peurbachio habebimus. Cui merito tota posteritas pro hoc diuino eclypsiū opere et cæteris suis inuētis sempiterno assurgendum: & omnibus in mathematicorum huius archigymnasii Viēnensis catalogo conscriptis, qui plano argumento esse potest: hoc gymnasiū nullo unq̄ tpe doctissimis mathemcatic| caruisse. Potissimū aūt hoc aureo sæculo: quo & uersis lris scribere usus inoleuit: cœpit et Mathematicoꝝ multitudo per uniuersam pene germaniā increbrescere. Claruerunt Viennæ præ nominati cū doctore Theologiæ Ioanne Phortzū. Magistro kupferſperger. Ioanne Epperies. Ioanne Dorū monacho predicatore: & aliis plurimis Nuernberge: Barbatus Bernardus cum monacho pre-

dicatore aquino Daco preceptore meo/uero omniſariam docto. Pambergæ doctor Eberhardus ſchleſinger:cū Ioanne melber. Ioannes dalburgius Eps Vormacieñ. In Engelſtadio M. Friderico. N. Mgr Ioannes Angelus M. Ioannes erndorffer. Ioannes auentinus Noricus Mathematicā pfeſſi ſunt. Coloniæ Burchardo mūmerſloch. In Frāconia Ioannes Lucilius Hypodamus:alias Santritter. Qui pter alios quos in Italia Mathematicis diſciplinis inſtituit/Ioannē michael' ex noſtratibo nobis notū reliqt. Ratiſbonæ dñs Ioannes Tolopho. Saliſburgæ. N. Burchardus/cōtēporaneo Peurbachii. In Tubingē Ioānes Iuſtingeñ. Haidelbergæ Ioānes haſiurt. Cōſtātiæ Doc. N. Schinnagel. Auguſtæ doc. Adolpho Occo. In Libs Doctor. Ventzeſlaus ex Budvueyß medici. Et cæteri innumeri:quoꝝ noticia me fugit. Qui diuerſis ſcriptis/ingentatis/& inuentis totā pene Germaniā illuſtrauere. Soli uero Peurbachius & Ioannes cæteros tanq̄ duo lumina cæteras ſtellas ſupgreſſi/gloriā ſūmā præripuere. Signāter Georgius ille noſter in hoc tabularum eclypſium opere: quo nos a futuris mirabilibus naturæ operibus & periculis cautiſſimos reddit/& metu liberat: quemadmodū Pericles Athenienſium animos ſolis obſcuratione territos:& Ariſtander Darii exercitū magno Alexandro inſequentem/& propter eclypſim Lunæ cō motum/cauſis expoſitis reuocat & ſaluat. Mirandum certe eſt/homines in tam penetralia ſummi dei arcana deſcēdere potuiſſe:ut hæc mirāda uentura iam certe cognoſcere/& tam longe præuidere ualerent. Sed de hoc nemo miretur:cum ad hoc creatus ſit homo:ut ex contemplatione magnalīū dei deum creatorem magnificet & benedicat. Iuxta illud Eccleſiaſtici. xvii. Deus de terra creauit hominē ſm imaginē ſuam. Et ſequitur: Et poſuit oculum ipſorum ſuper corda eorum:oſtendere illis magnalia operū ſuorū: et nomen ſanctificationis collaudent:& gloriari in mirabilibus ei⁹ ut enarrent magnalia dei.

In carmine Ioabini pro Huc adeo:verū. Huc adeo:r verū. r pro aſtrigeras aſtrigenas. r piſibacita dace lege.



15 14

¶Canones in Tabulas Eclypſium Magiſtri Georgij peurbachij Viri perſpicaciſſimi.

Propoſitio Prima.



EXPEDIS CONIUNCTIONIS vel Oppoſitionis medie Luminariū: locum Solis:r Argumenta Lune r latitudinis eius media faciliter deprehēdere.

¶Notato tempore annoꝝ Chriſti & menſium:quod numerat̄ completum uſq; ad initium menſis uſualis:in quo Coniunctio uel oppoſitio futura eſt quam queris:cum annis Chriſti completis intra tabulam mediarum coniūctionū & oppoſitionū.& ſi numerū annorum præciſe non inueneris in annis collectis: intra primū cum proximo minori: & ea quæ in directo inueneris omnia diſtincte extra ſcribe. Deinde cum reliquo numero annorū ultra collectos intra in annis expāſis: & ſimiliter in directo eius reperta ſub prius ſcriptis extra ſcribe:unūquodq; ſub ſuo genere. Et ſi ultra annorū numerū habueris menſes completos:cum eis tabulam menſiū ingredere:cōmunes quidem ſi annus currēs cōmunis ſit: biſextiles autē ſi biſextilis.& quæ ibi reperies ſub prius extra notatis etiam unūquodq; ſub ſuo genere extra nota. Hæc ſic extra ſcripta coniunge more ſolito fractionū phiſicarum & ſignoꝝ cōmuniū:atq; dierum & horarū. Deinde productū ex tempore dierū horarū & minutoꝝ compara in tabella reuolutionum tempori alicui in directo tituli coniūctionis ſi quæris coniūctionē:aut in directo tituli oppoſitionis ſcripto ſi quæris oppoſitionē. Nā eā lineā eiuſdē tabellæ in qua ponit̄ tempus proximo maius ꝓducto tui tēporis:quod ex additione ꝓuenerat extra ſcribere oportet ſupra lineam ꝓductoꝝ tuoꝝ. Qua ſic ſupſcripta:ea quæ loci ſolis:argumentoꝝ lunæ & latitudinis eius ſunt:unūquodq; ſuo generi ſuprapoſito coniūge:ſed ꝓductū tpis a ſibi ſuprapoſito minue. Tempus itaq; quod facta ſubtractiōe manebit erit tp̄s mediæ coniūctionis uel oppoſitionis quæſitæ ad meridiē Viennenſem. Quod ſi ad aliū meridianū tempus prædictū uolueris habere: cōſidera diſtantiā alterius meridiani a meridiano Viēnenſi.& pro quolibet gradu uerſus orientē adde quattuor minuta temporis: pro quolibet aūt uerſus occidentē aufer quattuor minuta a tpe:& factū eſt. Illud aūt tempus coniūctionis uel oppoſitionis numerandum eſt ab initio illius menſis uſualis in quo coniūctio uel oppoſitio futura eſt quam quæſiuiſti. Producta autē ex motibus locum ſolis mediū:argumentū lunæ mediū:item argumentum latitudinis lunæ medium ad eandem coniunctionē uel oppoſitionē mediam indicant.

Propoſitio Secunda.



AUgem Solis inuenire. ¶Cum annis chriſti cōpletis ad tempus tuū intrabis tabulā augis ſolis uel cū proximo minori numero: & in eius directo inuenies augē ſolis ad tēpus cū quo intraſti cōpletū. Iuxta quoq; iuenies motū augis in uno anno. Q d ſi ſuperſunt adhuc anni cū quibo nō intraſti:pro quolibet anno adde augi ibi inuentæ motū augis in anno ſemel. Videbis etiā p motū in anno diuiſum in duodecim æqualia quantū moueat̄ in uno mē ſe uſuali. Item diuidendo motum in menſe p tria habebis motū augis in decē diebus. Vnde facile tibi patere poteſt aux ſolis ad quameūq; coniunctionē aut oppoſitionē luminariū. Nam ſi ultra annos habueris menſes & dies: addes pro quolibet menſe motū augis in menſe ſemel: & pro quibuſlibet decē diebus motum augis in decem diebus.

Propositio Tertia.

Empus vere ꝯiũctiõis vel oppositiõis luminariũ faciliter cognoscere.

Ex ꝓmissis primũ habeas tps mediæ coniũctiõnis aut oppõnis talꝫ locũ solis: & argumentũ lunæ mediũ: & augẽ solꝫ ad idẽ tps. Auser ergo augẽ solꝫ a loco solꝫ medio: & remanẽs uocabit argumẽtũ solꝫ. Cõsidera itaq; argumentũ lunæ an fuerit minus sex signis an plus. Si minus: q̃re signa & gradus argumẽti solꝫ in tabulꝫ distãtiæ ueræ coniũctiõis aut oppõnis a media in parte supiori tabularũ: signa autẽ & gradus argumẽti lunæ in pte sinistra. Si aũt fuerit plus: q̃re eadẽ signa argumẽti solis in pte inferiori tabularũ: signa uero & gradus argumẽti lunæ in pte dextra. Et si utrũq; argumẽtoꝝ tã solꝫ q̃ lunæ ꝑcise inueneris: in angulo cõi eoꝝ reples hõs & minuta distãtiæ ueræ coniũctionis aut oppõnis a media: addendã qdẽ ad mediã coniũctionẽ aut oppositionẽ si ab angulo cõi uersus argumẽtũ solis quo intrasti eundo primo occurrat A. minuẽdã aũt si primo occurrat M. Si autẽ neutrũ argumẽtoꝝ ꝑcise inueneris: intrabis cũ ꝓxime minoribꝫ in tabulã: & angulũ cõem extra nota cũ signo suo principali A uel M quod ꝓximo occurrat uersus argumẽtũ solis quo intrasti eundo ut dictũ est. & huiꝫ anguli cõis ad duos angulos ꝓxime sequẽtes ꝑm argumẽta solꝫ & lunæ ꝓxime maiora in tabula descripta cõsiderabis dr̃ias. q̃rũ una erit solꝫ: scilicet illa q̃ est inter angulũ cõem & angulũ lateralẽ corrũdentẽ argumẽto solis ꝓxime maiori in tabula. Altera erit lunæ: scilicet q̃ est iter cõem angulũ & angulũ supiorẽ aut inferiorẽ scilicet corrũdentẽ argumẽto lunæ ꝓxie maiori in tabula. De dr̃ia solꝫ sũme partẽ ꝓportionalẽ ꝑm ꝓportionẽ supflui in argumẽto solꝫ ultra illud cũ quo intrasti ad duos gradus. eãq; ptẽ ꝓportionalẽ ad angulũ cõem extra notatũ / si dexter aut sinister angulus scilicet argumẽti solꝫ ꝓxime maioris in tabula maior fuerit angulo cõi extra notato. aut minue si fuerit minor. Silr̃ de dr̃ia lunæ sũme ptẽ ꝓportionalẽ ꝑm ꝓportionẽ minutoꝝ in argumento lunæ ultra gradus ad 60. minuta. Eãq; ptẽ adde ad angulũ cõem extra notatũ / si supior uel inferior angulus scilicet argumẽti lunæ ꝓxie maioris in tabula maior fuerit angulo cõi extra notato. aut minue / si minor. & qđ fic ꝓuenerit erit distãtia uere coniũctionis aut oppõnis a media: addẽda uel minuẽda ꝑm signũ suũ ꝓcipale Illud tñ notãdũ est: q; si acciderit signũ A uel M cẽ iuxta angulũ cõem: tũc ad hñdã differẽtiã solꝫ oportet cõsiderare si signũ A uel M anguli cõis: scilicet qđ ꝓxie occurrit eũdo uersus argumẽtũ solꝫ ab angulo cõi fuerit idẽ cũ signo anguli lateralꝫ: scilicet corrũdẽtis argumẽto solꝫ maiori: tũc dr̃ia habebit / si subtrahit angulꝰ cõis ab angulo laterali / aut ecõuerso. & de pte ꝓportionali fiat ut prius dictũ est / addẽdo eã uel minuẽdo. Sed si fuerit alteriꝰ maneriei: ut si signũ anguli cõis fuerit A. & anguli lateralꝫ fuerit M. aut ecõtra. tũc ꝑ dr̃ia hñda oportet angulũ cõem iũgere cũ angulo laterali. & tũc pars ꝓportionalꝫ talꝫ dr̃ie sp est minuẽda ab angulo cõi extra notato. Silr̃ ad hñdã dr̃iam lunæ oportet cõsiderare / si int̃ ãgulũ cõem & ꝓximũ supra uel infra / scilicet angulũ corrũdẽtẽ argumẽto lunæ maiori / nullũ signũ A uel M inciderit: tũc dr̃ia habebit subtrahẽdo unũ angulũ ab alio / minorẽ a maiore. & de pte ꝓportionali fiat ut superius tactũ est / addendo eã uel minuẽdo. Si aũt mediaret inter eos signũ A uel M. tũc ꝑ dr̃ia hñda oportet ambos angulos coniũgere. & tũc pars ꝓportionalꝫ talꝫ dr̃iæ sp est minuẽda ab ãgulo cõi extra notato. Et q̃n acciderit q; utraq; pars ꝓportionalꝫ est minuẽda: tũc priꝰ sibiinuicẽ addant: & deinde cõiũctim minuant. Itẽ si ambe addẽde: tũc sibiinuicẽ cõiũgant: & ꝺiuicti addant. Et si una addẽda fuerit / altera minuẽda: demat minor a maiore: & de residuo ꝑm titulũ maioris fiat. Et si aliq̃ partiũ ꝓportionaliũ / siue aggregatũ ex eis / seu residuũ unius earũ minuẽdũ esset ab angulo cõi / & nõ posset / quia angulus eo minor esset. tunc fiat ecõtra: angulus auferat ab eo qđ esset minuẽdũ: & residuũ notetẽ signo alteriꝰ maneriei q̃ anguloꝝ cõis habuit: & tenebit ꝑ distãtia ueræ cõiũctiõis aut oppõnis a media. Multa uerba: sed opus breue est. Habita itaq; distãtia uere coniũctionis aut oppõnis a media / si hẽt notã A. iũge eã cũ tpe medie cõiũctionis aut oppõnis. uel minue eã ab eodẽ si hẽt M. & ꝓueniet tps ueræ cõiũctionis aut oppõnis q̃sitũ diebꝰ nõ eq̃tis. Vocat aũt illud tps sic inuẽtũ tps coniũctionis aut oppositionis ueræ primo examinatũ. qđ stat esse ꝑcisum oino. stat etiã esse ꝑpe ꝑcisũ. nunq̃ tñ a ꝑciso differre potest dr̃ia sensibili. Verũ si certior in hac re fieri uoles / ad tps sic inuentũ eq̃ solẽ & lunã / ut infra docebo. Et si inueneris ueros eoꝝ motus tpe coniũctionis: aut uerũ solꝫ & nadir lunæ tpe oppõnis signis gradibꝰ & minutis & secundis cõcordare oino ꝑcisum fuit tps primo examinatũ. Sed si differentia sit

si bene prius operatus es / ea ultra tria minuta esse non potest. Differẽtiã igitur illã in minutis & secũdis duplica / & fient minuta & secunda temporis. Hæc itaq; minuta & secunda tẽporis / si sol lunã in coniunctione: aut sol nadir lunæ in oppõne antecedat / adde tẽpori primo examiato. uel minue ab eo si sequat. hoc est adde si uerus locus solis maior fuerit uero loco lunæ / aut loco nadir lunæ: minue si minor. & habebis tẽpus ueræ coniũctionis aut oppositionis secũdo examinatũ. Quod si iterũ simili modo uelis examinare / potes quidẽ: sed nõ est necessariũ, nam errare nõ poteris in uno minuto temporis.

Propositio Quarta.

Medios motus solis: lunae: argumenti lunae: & capitis draconis reperire.

Notato tẽpore christi quod numerat cõpletũ usq; ad instans pro quo hæc scire uoles: sũme radicẽ talis motus seu christi seu ad annũ dñi. 1400. completũ: ut i tabula mediorũ motuũ notatũ uides: & eam extra scribe. Deinde cũ residuo tẽpore quod a radice tua sumpta transiuit usq; ad instans tuũ intra tabulas easdem in annis & mẽsibus diebus horis & minutis. & ea quæ in tabula motus quẽ quæris in directo horum inuenies radici extra notatæ subscribe / unũquodq; suo generi. Et intrando in tabulam annorũ prius intra cum minori propinquiori. & si quid in annis adhuc residui erit / cum eo quoq; aut minori propinquiori intrabis: tã diu donec annos omnes euacues. Item si annus currens cõis fuerit / intrabis in menses cõmunes: si bisextilis in bisextiles. Tabula etiam horarũ pro minutis temporis deseruit. sed tunc respiciendus est titulus inferior. Postq̃ cum toto tempore residuo tabulas intrasti: & quæ ibi inuẽta sunt radici subscripsistis adde subscripta cum radice / unũquodq; suo generi / more fractionũ phisicarũ: scilicet pro. 60. secundis unũ minutũ ponendo: pro. 60. minutis unũ gradũ: pro. 30. gradibꝰ unũ signũ. Et si. 12. excrescãt signa 12. abicianẽ. & quod ex tali additione exierit erit motus quæsitus ad meridianũ Viẽnensem. Quod si ad aliũ meridianũ prædicta uoles habere / muta solum radices motuũ. nam hic positæ sunt ad Viennã. Cõsidera nãq; distantiã alterius meridiani a meridiano Viẽnensi: & pro quolibet gradu sũme q̃tuor minuta temporis. & cum eo tempore intra tabulã talis motus: & motũ sibi correspõdentẽ pro meridiano occidentali adde radici hic positæ: pro orientali uero deme: & factum est. In tpe uero cõtrariũ facias

Propositio Quinta:

Dlẽ verificare.

Ad tps tuũ pro quo uoles habere uerũ locũ solꝫ habeas ex ꝓmissis augẽ solis & meditũ locũ solꝫ. Deinde subtrahe augem a medio motu: & remanebit argumentũ solis ad idem tempus. Cum eo argumento intra tabulam æquationis solis / querẽdo gradus & minuta argumenti in parte sinistra: & signa argumenti superius: si signa argumenti fuerint pauciora sex. Aut gradus & minuta argumẽti in parte dextra: & signa in parte inferiori: si fuerint plura sex. Et si gradus & minuta argumenti solis præcise inueneris: tunc in angulo cõmuni habebis æquationem quæsitã. Cuius notam A uel M iuenies iuxta signa argumenti cũ quibus tabulam intrasti. Quod si gradus & minuta argumenti solis præcise nõ inueneris: quære minores propinquiores: & in angulo cõmuni extra scribe æquationem cum nota sua A uel M. Deinde iuxta æquationem sumptam uidebis quid correspondeat uni minuto argumẽti. illud totiens sũme / quot habes minuta in argumento ultra ea cum quibus intrasti: & productum adde ad æquationem extra scriptam / si proxime sequens æquatio in tabula ꝑm processum numeri graduum cum quibus intrasti maior fuerit: aut minue si minor: & proueniet æquatio solis quæsita. Quam iunge medio motui si habet A notã. aut minue si habet M. & exibit uerus locus quæsitus. Hanc autẽ æquationis tabulam de nouo componere placuit / propterea q; ea quæ in tabulis alfonsinis habentur precisione careant. Volui eam etiam sequentem quæ lunæ est per decẽ minuta in lineis numeri augere: ut facilior esset operatio propter partes proportionales sũmendas.

Propositio Sexta.

Vnam adequare. Ad instans pro quo locum lunæ uerum habere uoles ex præmissis habeas medios motus solis: lunæ: & argumenti lunæ. Subtrahe itaq; medium motum solis a medio motu lunæ: & residuū duplica: & fiet centrum lunæ. Cum quo intra tabulas æquationū lunæ/quærendo signa superius: & gradus & minuta in sinistris lateribus descendendo. Aut signa inferius: & gradus & minuta in lateribus dextris ascendendo. Quod si gradus & minuta centri præcise inueneris/habebis in angulo cōi æquationem centri & minuta proportionalia: quæ extra notabis. Et si gradus & minuta centri præcise non inueneris/cū minori propinquiori intrabis. & per partem proportionalem sumptam de tota differentia sm proportionem residuorum minutorū centri ad decē minuta æquabis æquationē centri. Eam addes argumento medio/si iuxta signa cētri cum quibus intrasti scriptum sit Centrū addit. Aut minue si ibi scriptum est Centrum minuit. & exibit argumētum lunæ uerum. Cum quo similiter intrabis ut cum centro secisti. & in angulo cōmuni accipies diuersitatē diametri: & æquationē argumēti. Et si præcise non inuenires gradus & minuta argumenti/intrares cum minori propinquiori: & uideres id quod in eo loco correspondet uni minuto argumēti. id totiens sumeres/quot sunt in argumento minuta residua: & productū æquationi argumēti adderes/si proxime sequens æquatio sm processum numeri graduū cum quibus intrasti maior fuerit. aut minueres si minor. & quod exit est æquatio argumenti primo examinata. Deinde de diuersitate diametri accepta sume partem proportionalem sm proportionē minutorum proportionaliū prius seruatorū ad sexaginta minuta. Et hanc partem addes æquationi argumenti primo examinatæ: et proueniet æquatio argumenti ultimo examinata. Quam iunges medio motui lunæ/si iuxta signa argumenti scriptum sit Argumentū addit. Aut minue ab eo/si scriptū ibi sit Argumentū minuit. & exibit uerus locus lunæ quæsitus.

Propositio Septima.

Verum locum solis: argumentū lune equatum: item argumentum latitudinis lune equatum ad instans vere coniūctionis aut oppositionis breuiori via inuestigare. Atq; dies non equatos ad eōtos reducere. Hæc ualet dū in eis cōtentus sis quæ ex tribus primis propositionibus repperisti. Cum argumento solis tēpore mediæ coniūctionis uel oppositionis inuento intra tabulam æquationis solis/querēdo æquationē eius/ut in quinta dictum est. Quam signabis per notam A uel M iuxta signa argumēti solis repertā. Deinde cum distantia ueræ coniūctionis aut oppositionis a media intra tabulam ueri motus solis in horis & minutis/quærendo eandem distantiam in parte sinistra: & superius argumentū solis uicinius. & illud quod in angulo cōmuni inuenies extra scribe. Et si bis intrandum est/bis intrabis. Quod autē sic inueneris/est uerus motus solis in tempore prædictæ distantiæ. Hunc signabis per notā qua signata fuit distantia ueræ cōiunctionis a media aut oppositionis. Post considera si hæc duo: scilicet æquatio solis atq; motus distantiæ fuerint eiusdem notæ: tunc ea coniūge. Si fuerint diuersarum: minorē a maiore deme. Et si iunxisti/productum signa per notam priorem amborū. Vel si unū ab altero minuisti: residuū signa per notam maioris a quo facta est subtractio. Quod itaq; prouenit/si habet A/adde cum loco solis medio: item cū argumento latitudinis lunæ medio ad tps mediæ coniunctionis aut oppositionis repertis. Vel minue ab eisdem si habet M. & exibit locus solis uerus: & argumentū latitudinis lunæ fere equatū ad tps ueræ coniūctionis aut oppositionis. Ideo autē dixi fere æquatum. nam non potest differre ab æquato plus q̄ duobus minutis. Quod accidit propter motum capitis in tempore distantiæ ueræ coniūctionis aut oppositionis ad media. Ideo si uoles motum capitis mediū in tempore talis distantiæ: minue adhuc/si distā

tia habet M, aut adde si habet A. & erit recte æquatum. Item ad tempus ueræ coniūctionis aut oppositionis quæras medium motum capitis. Cui coniungas uerum motum lunæ: & exibit argumentum latitudinis lunæ æquatum ad ueram coniunctionem aut oppositionem. Item cum distātia ueræ coniūctionis aut oppositionis a media intra tabulam medii argumenti lunæ in horis & minutis: & quod ibi inuenies extra scribe. Et eidem extra scripto pro qualibet hora distantiæ nouem minuta coniunge. & produ ctum adde ad argumentū lunæ medium tempore mediæ coniunctionis aut oppositionis inuento: uel ab eodem minue: sm iudicium notæ p̄dictæ distantiæ: & proueniet argumētum lunæ æquatum ad tempus ueræ coniūctionis uel oppositionis. Si tū illis contentus esse nolles: æquares omnia hæc/ut in quinta & sexta traditum est. Præterea cum uero loco solis ad tempus ueræ coniunctionis uel oppositionis inuento intra tabulam æquationis dierum/superius quærendo signum: & in latere sinistro gradum: & inuenies in angulo cōmuni æquationem dierum: scilicet minuta & secunda temporis. quæ coniunge ad tempus coniunctionis aut oppositionis ueræ diebus non æquatis: & proueniet uera coniunctio aut oppositio diebus æquatis.

Propositio Octaua.

Tempus visibilis coniunctionis: atq; diuersitatē aspectus in latitudine ad idem tempus indagare. Ex prioribus habes ueram coniunctionē diebus æquatis: locum uerum solis: & argumentum lunæ æquatum ad idem tempus. Tabulas igitur distantiæ uisibilis coniunctionis a uera/quæ tuo climati deseruiunt/siue sexto siue septimo/intra cum signo solis/quærendo in eadem tabula signi solis a parte sinistra horas & minuta distantiæ ueræ coniunctionis diebus æquatis a meridie. In parte quidem ante meridiem/si coniunctio fuerit ante: aut post meridiem si fuerit post. In parte autē superiori in lineis transuersalibus quæres signa argumenti lunæ. in angulo namq; cōmuni eorum reperies horas & minuta distantiæ uisibilis coniunctionis a uera: & minuta diuersitatis aspectus in latitudine. Quod si horas & minuta distantiæ coniunctionis ueræ diebus æquatis a meridie: atq; argumentum lunæ æquatum precise non inueneris: intra sub argumento lunæ proxime minori in tabula reperto: & cum horis & minutis proxime minoribus in linea numeri inuentis. & quod in angulo cōmuni positum est de tempore & diuersitate latitudinis extra scribe. Post intrabis cū argumento quo prius: & cum numero horarum & minutorum proxime maiori in tabula reperto. & eorum quæ in angulo cōmuni ponuntur: ad ea quæ extra scripsisti notabis differentias uniuscuiusq; ad genus suum. Et de illis differentiis sūmendæ sunt partes proportionales sm proportionem residui distantiæ coniūctionis ueræ a meridie ultra illud tempus cum quo primo intrasti ad excessum horarum & minutorum cum quibus secundo intrasti/super horas & minuta cum quibus primum fecisti introitum. Et pars proportionalis temporis addenda est tempori extra scripto/si tempus anguli cōmunis secundi maius fuerit tempore extra scripto: minuenda uero si minor. Similiter pars proportionalis diuersitatis latitudinis addenda est diuersitati extra scriptæ/si diuersitas anguli cōmunis secundi maior fuerit: minuenda uero si minor. Item intrabis cum horis & minutis quibus primo intrasti/& cū argumēto lunæ proximo maiori in tabulam. & eorum quæ in hoc angulo cōmuni ponuntur/ad tempus & diuersitatem quæ extra scripsisti notabis differētias. De quibus sūmendæ sunt partes proportionales sm proportionem graduū argumenti lunæ ad 30. gradus. Et pars proportionalis temporis addenda erit tempori extra scripto/si tempus huius anguli tertii maius fuerit tempore extra scripto: aut minuenda si minor. Similiter pars proportionalis diuersitatis latitudinis addenda erit diuersitati extra scriptæ/si diuersitas anguli tertii maior fuerit diuersitate extra scripta: minuenda uero si minor. Parte itaq; proportionali quæ addenda est addita: & quæ minuēda est diminuta/proueniet distantia uisibilis coniunctionis a uera: & diuersitas latitudinis. Et hoc ad principiū signi cuius tabulam intrasti. Quod si sol non fuerit in principio signi sui: tunc simili modo ut iam dictum est intrandū erit in tabulam signi sequentis: & recipienda erit distantia uisibilis coniunctionis a uera cum diuersitate latitudinis. Postea harum duarum distantiarū: similiter harum duarum diuersitatum differentiæ uidendæ sunt: & de eis accipiendæ partes proportionales sm proportionem numeri graduum loci solis ultra signa integra/ad unum signum: hoc est ad triginta gradus, Et pars proportionalis temporis addenda erit tempori ad principium signi solis/si tem,

pus sequentis signi maius fuerit, aut minuenda si minus. Similiter pars proportionalis diuersitatis addenda erit diuersitati ad principium signi solis: si diuersitas sequentis signi maior fuerit: aut minuenda si minor. exibitq; distantia uisibilis coniunctionis a uera: & diuersitas latitudinis, quæ serua. Sed in his hæc cautela obseruanda est: q; si ambo introitus tam in tabula ad principium signi solis/q; in tabula ad initiū signi sequentis fuerint utrobiq; supra lineā nonagesimi gradus ab ascendente: aut utrobiq; infra, tunc differentia temporum habebitur subtrahendo minus a maiore. & de ea sumēda est pars proportionalis: & cum ipsa agendum ut dictum est. & exibit distantia coniunctionis uisibilis a uera cum nota A, si introitus factus est infra nonagesimū gradum ab ascendente. Aut cum nota M si supra: ut satis titulus a dextris indicat. Sed si accidat unū introituū esse supra nonagesimū gradum: & in tabula alterius signi infra, tunc quia tempus in una tabula repertum fieret addendum: aliud uero minuendum: ideo differētia habebitur/si ambo tempora conīgentur, & de coniuncto sūmenda est pars proportionalis ſm proportionem numeri graduū solis ultra principium signi sui ad unū signū: hoc est ad triginta gradus. Et hæc pars proportionalis subtrahi debet a tēpore principii signi solis/si potest. & residuū habebit notā A uel M. ut habebat introitus in tabulam principii signi solis. Si uero nō posset subtrahi/fiat ecōtra: tēpus distātiæ ad principiū signi solis auferatur a parte proportionali, & residuū habebit notā A uel M: ut habebat introitus in tabulā signi sequentis. Quod itaq; fic prouenerit/erit distantia uisibilis coniūctionis a uera. Si habet notam A/adde eam tēpori ueræ coniunctionis diebus æquatis. Aut minue eā si habet M. et proueniet tempus coniunctionis uisibilis diebus æquatis.

Propositio Nona.

Loca solis & lune vera: & argumentum latitudinis verū ad tempus visibilis ꝯiunctionis inquirere.

¶Cum tempore distantiæ uisibilis coniūctionis a uera intra tabulam ueri motus solis in horis & minutis. & sub argumento solis ad tempus ueræ coniunctionis inuento aut sibi uiciniori in tabula in angulo cōmuni motum descriptum extra nota. Et si bis intrandum erit/bis intrabis. Hunc motum adde cum uero loco solis tempore ueræ coniunctionis/si fuerit A cum distantia uisibilis coniunctionis a uera. Aut minue eundem ab eodem si ibi fuerit M. & exibit uerus locus solis tempore uisibilis coniunctionis. Item cum eodem tempore distantiæ uisibilis coniunctionis a uera intra tabulam ueri motus lune in horis & minutis. & sub argumento lunæ ad tempus ueræ coniunctionis prius habito aut sibi uiciniori in angulo cōmuni motum lunæ repertū extra scribe. Et si bis intrandū fuerit/bis intrabis. Hunc motum extra scriptum ad locum uerum lunæ tempore ueræ coniūctionis adde uel minue: sicut iam de sole fecisti. & proueniet uerus locus lunæ tempore uisibilis cōiunctionis. Illud idem quoq; quod iam in angulo cōmuni repertum habuisti de motu lunæ adde cum argumento latitudinis lunæ æquato tempore ueræ coniunctionis: uel minue ab eodem: sicut de sole & luna fecisti: & proueniet argumentum latitudinis lunæ æquatum ad tempus uisibilis coniunctionis. Quod si his contentus esse nolles: poteris hæc omnia æquare per tabulas æquationum solis & lunæ & motus capitis: ut in quinta sexta & septima doctrinis ostensum est. Sed non inuenies diuersitatem tantam in hoc opere & alio/quæ possit errorem immittere.

Propositio Decima.

Latitudinē lune uisam tempore visibilis coniunctionis perscrutari.

¶Ex octaua habes diuersitatem aspectus in latitudine ad tempus uisibilis coniūctionis: quam seruari iusseram. Nunc uero reperies latitudinem lunæ ueram. Cum argumento latitudinis lunæ æquato expræmissa ad tempus uisibilis coniunctionis intra tabulam latitudinis lunæ in eclypsibus: querendo signa eius superius: & gradus & minuta directe sub signis. Aut signa inferius: & gradus & minuta

directe supra signa. tūc enī in directo graduū & minutoꝝ argumēti latitudinis habebis latitudinē lunæ uerā ab eclyptica. quæ erit eius partis/aut septēttionalis: aut meridianæ: prout titulus iuxta signū argumenti latitudinis tui superius aut inferius indicat. Qua latitudine habita: si fuerit meridiana: coniūge eā diuersitati aspectus in latitudine seruate superius: eo q; in omni regione ultra secūdū clima uersus arctos semp sit diuersitas in latitudine meridiana: & exibit latitudo lunæ uisa: quæ erit partis meridianæ. Si aūt latitudo lunæ uera fuerit septentrionalis: tunc subtrahe eam a diuersitate aspectus in latitudine/si diuersitas fuerit maior latitudine uera. & residuū erit latitudo lunæ uisa: & partis meridianæ. Sed si latitudo uera septēttionalis fuerit maior diuersitate aspectus in latitudine: subtrahe diuersitatē a latitudine uera: & remanebit latitudo lunæ uisa: & partis septentrionalis.

Propositio Undecima.

Si eclypsis solis in coniunctione fiat cognoscere: et quātitatē eius & durationē: principiū quoq; et finem ex tabulis calculare.

¶Aspice latitudinē lunæ uisam ex præcedēti repertam ad tempus uisibilis cōiūctionis. Si ea fuerit plus q̄. 34. minuta: nō expectes eclypsim solis. Sed si minor fuerit/fiet eclypsis solis. Ideo si sol fuerit augi uicinior q̄ longitudini suæ mediæ: id est dū argumentū solis fuerit minus uno signo. 15. gradib⁹: aut plus. 10. signis. 15. gradib⁹: intra tabulā eclypsis solis existentis in auge ecētrici: & est prima. Si aūt fuerit uicinior alteri longitudinū mediarū q̄ augi aut oppositio eius: id fit dū argumentū solis fuerit plus uno signo. 15. gradibus: & minus. 4. signis. 15. gradibus. Similiter dum fuerit plus. 7. signis. 15. gradibus: & minus. 10. signis. 15. gradibus: tūc intra tabulā eclypsis solis existentis in lōgitudine media ecentrici: & est secunda. Sed si sol fuerit uicinior oppositio augis: quod fit dum argumentū eius est plus. 4. sig. 15. gradibus: & minus. 7. signis. 15. gradibus: tūc intra tabulā eclypsis solis existentis in oppositio augis ecentrici: & est tertia. Intra itaq; tabulā suā cū minutis latitudinis lunæ uisæ/quærēdo ea a finistris deorsum: & suplus cū argumēto lunæ tpe ueræ coniūctionis habito. et in angulo cōi inuenies puncta ecliptica & tempus casus. Et si propter gradus argumenti lunæ cū duplici introitu intrandū fit/dupliciter intrabis: accipiēdo de differētiis partes proportionales ſm pportionē graduū argumenti lunæ ad. 30. gradus: & eas addes aut minuas: ut fieri solet in reliquis. Tamen si solūmodo cū uiciniori intrabis: nihil sensibilis accidere poterit erroris. Puncta sic inuenta ostendunt quanta pars diametri solis nobis eclypsabitur. Imaginamur enī totā diametrū esse. 12. puncta. Si igit habes. 22. puncta in tabula reperta: totus sol eclypsabit. Si sex: medietas diametri. Si. 4. tertia pars. Si. 3. quarta pars. Si. 2. sexta pars. Si. 1. duodecima. & sic de aliis. Tempus uero casus est tempus quod est a principio eclypsis usq; ad eius mediū. Tantū etiā nūc supponimus a medio esse ad finē. Coniūctio aūt uisibilis est medium eclypsis. Ideo si tps casus minuit a tpe coniunctionis uisibilis: habebim⁹ principiū eclypsis. Sed si tempori coniunctionis uisibilis superaddit tēpus casus: exibit finis eclypsis. Et si tempus casus duplicabitur: proueniet eclypsis duratio.

Propositio Duodecima.

Latitudinē lune visam ad principiū atq; finē eclypsis inuestigare.

¶Latitudinis uisæ pro tpe uisibilis coniunctionis: quod nūc mediū eclypsis supponit: p tabulā latitudinis lunæ repias argumētū uisum intrādo easdē tabulas cū latitudine uisa. & in directo eius uersus dextrā/si fuerit iuxta caput draconis/accipe gradus & minuta sub. 0. signo: dū latitudo uisa fuerit septēttional'. Aut accipe gra. & mīn. sup. 11. signa/si latitudo uisa fuerit meridional'. Vel si fuerit iuxta caudā: accipiēdo gra. & m. sub sex sig. & hoc si latitudo uisa fuerit meridional'. Aut accipiēdo gra. & m. supra. 5. sig. si fuerit septēttional'. Et tale argumentū uocat argumentū uisum/seu argumētū latitudinis lunæ uisæ tpe mediæ eclypsis. hoc serua. Deinde cū tpe casus intra tabulā ueri motus lunæ in hora. & quod ibidē sub argumento lunæ repis/auser ab argumēto latitudinis uisæ iam seruato: & manebit argumentū latitudinis lunæ uisæ ad initiū eclypsis. Cū quo quæras in tabula latitudinē lunæ: quæ erit tibi latitudo lunæ uisa ad initiū eclypsis. Itē illud idem quod iam minuisti adde sup idem argumentū latitudinis lunæ uisæ ad medium eclypsis: & exibit argumentum latitudinis lunæ uisæ ad finem eclypsis. cū quo quæras in ta

bula latitudinē lunæ: quam tenebis pro latitudine lunæ ad finem eclypsis.

Propositio xiij.

Semidiametros solis et lune uisuales ac vmbræ in loco trāsitus lune demonstrare.

¶ Tabulā semidiametrorū intra cū argumēto solis: aut sibi proxime uiciniori: & in eius directo reperies quantitatē semidiametri solis uisualis. Itē cū argumēto lunæ æquato in eadē tabula inuenies semidiametrū lunæ uisualem ac semidiametrū umbræ. Sed hæc semidiameter præsupponit solem esse in auge eccētrici. Quod si nō fuerit: cum argumento solis accipe uariationē umbræ: & eam a semidiametro umbræ iam reperta deme: & manebit semidiameter umbræ in loco tranſitus lunæ. Hæc necessaria est in eclypsibus lune/non solis.

Propositio xiiij.

Quantitatē partis obscurate ac totius eclypsis solaris figurā ad visum depingere.

¶ In supficie plana ptrahaf linea recta. In cuius medio statuaf pūctus tanq̄ cētrū. A quo uersus unā eiꝰ extremitatū officio circini sumanf tot ptes equales quot sunt minuta in aggregato ex ambabus semidiametris solis & lunæ. Et si in aggregato ultra minuta essent scda: fm earū ꝓportionē ad unū minutū addaf etiā portio unius ex partibus. aut si scda excedunt. 30. pro eis unū minutū accipe. nihil enī erroris quod curandū esset ex hoc siet. Deinde sup centro statuto fm quātitatē aggregati semidiametroꝝ tanq̄ semidiametri fiat circulus: qui dicf circulus aggregati semidiametroꝝ solis & lunæ. qui iam diuisus est p lineā primo ptractā in duo æqualia. Ea quidem linea recta habeaf uice portionis eclypticæ. Et eius pars sinistra habeaf orientalis: dextra occidentalis. Hanc sup centro secet alia orthogonaliter. ea tñ nō sit uisibilis: sed occulta. Hæc occulta est loco portionis circuli transeuntis p polos zodiaci & locū solis in ecliptica. Huius pars superior habeaf meridiana: inferior septentrionalis. Postea fm quantitatē semidiametri solis uisualis sup ptiori centro fiat circulus: qui supficiē solis repñtabit. Deinde signabis in linea occulta duo pūcta. Vnū quidē a centro distans fm quantitatē latitudinis lunæ uisæ ad initiū eclypsis. Aliud a centro distans fm quantitatē latitudinis lunæ uisæ ad finē eclypsis. Et quodlibet istoꝝ distet a centro uersus eam partē: aut meridiei aut septentrionis: ut latitudo uisa fuerit. A puncto aūt latitudinis uisæ ad initiū eclypsis ducaf paralella eclypticæ/uidelicet linee primo ptracte usq̄ ad circūferentiā circuli maioris in parte occidentali. Et punctus sectionis huius paralellæ cum circumferētia circuli maioris significat locū cētri lunæ uisum ad initiū eclypsis. Similiter a puncto latitudinis uisæ ad finē eclypsis ducaf paralella usq̄ ad circumferētiam circuli maioris in parte orientali. Et punctus sectionis huius paralellæ cum circumferētia maioris circuli designat locum centri lunæ uisum ad finē eclypsis. Duc etiā lineā rectā a loco centri lunæ uiso in principio eclypsis ad locū eius in fine eclypsis. Hæc significat iter lunæ ab initio eclypsis ad finē. Eam p medium æqualiter diuide. & punctus medius significabit locū centri lunæ in medio eclypsis. Vltimo fm quantitatē semidiametri lunæ uisualis in tribus locis centroꝝ lunæ: scilicet principii medii & finis eclypsis fiant tres circuli super ea tria centra: qui representabunt lunam in principio medio & fine eclypsis. Quantum itaq̄ medius eorum de circulo solis occupabit: tantum proportionabiliter de superficie corporis solis eclypsabitur.

Propositio xv.

Quantitatem eclypsis lune: durationē eius: ꝓncipiū quoq; & finē ipsius discernere.

¶ Prius habes tempus oppositiōis uerę diebus æquatis: argumentū lunæ æquatū: atq̄ argumētū latitudinis æquatū ex sexta & septima doctrinis. Nunc cum

argumēto latitudinis lunæ intra tabulā latitudinis lunæ: & inuenias eius latitudinē/ut in decima dictū est. Quā cū sua parte nota: nam est latitudo lunæ uera in hora ueræ oppositionis. Quæ si fuerit plus q̄ sexaginta quinq̄ minuta/non expectabis eclypsim lunæ. Quod si minor fuerit/intra cum ea in tabulam eclypsis lunæ: in illam dico tabulam/quæ deseruiat loco solis. Nam si sol fuerit uicinior augi q̄ longitudini sui ecentrici mediæ/intrabis tabulam eclypsis lunæ sole existente in auge. Si autē uicinior fuerit lōgitudini mediæ q̄ augi aut eius oppositi: intra tabulam eclypsis lunæ sole existente in longitudine media. Sed si uicinior sit oppositi augis q̄ longitudini mediæ: intra eam quæ dicitur tabula eclypsis lunæ sole existente in oppositi augis ecentrici. Intra inquā tabulam suam/quærendo latitudinem lunæ a finistris: & argumentū lunæ superius: & in angulo cōmuni inuenies puncta eclyptica: tempus casus: & tempus moræ dimidiæ: si moram habet. Et si propter gradus lunæ in argumento dupliciter intrandum sit: aut propter secūda in latitudine lunæ ultra minuta: facies id more solito. Puncta itaq̄ ostendunt quanta pars diametri lunæ nobis eclypsetur. Nam si præcise duodecim sunt puncta: tota luna eclypsabitur: sed sine mora. Si pauciora duodecim: pars tm̄ eclypsabitur. Tanta quidem portio de diametro obscurabitur/quanta puncta inuenta sunt pars de duodecim. Si uero plura fuerint puncta de duodecim: tota luna eclypsabitur cum mora. Et significant/q̄ si luna adhuc maior esset/ita q̄ diameter sua tot haberet puncta/quot sunt inuenta in tabula/adhuc tota eclypsaretur: sed sine mora. Tempus uero casus/si nō habet moram/est tempus a principio eclypsis usq̄ ad medium. & tantum etiam supponitur nunc a medio ad finem. Ideo ipsum aufer ab oppositione uera diebus æquatis prius habita: & remanebit initiū eclypsis. Item ipsum eidem adde: & habebis finem. Item duplicatum facit durationem. Sed si moram habuerit eclypsis: tunc tempus casus est tempus ab initio eclypsis usq̄ ad principium totalis obscuratiōis. Et tempus moræ dimidiæ est tempus ab initio totalis obscurationis ad medium eclypsis. quod nūc instans oppositiōis ueræ diebus æquatis supponimus. Ideo tempus dimidiæ moræ demptum a tempore oppositionis ueræ relinquit principium totalis obscurationis. Et additum eidem efficit finem totalis obscurationis. Et duplicatum ostendit totalis obscurationis durationem. Item tempus casus & dimidie moræ simul sublatum a tempore ueræ oppositionis indicat principium eclipsis. Et superadditum eidem ostendit finem. Et duplicatum demonstrat durationem ab initio eclipsis usq̄ ad finem.

Propositio xvj.

Latitudinem lune ueram ad initium eclypsis similiter ad finem eius ostendere.

¶ Cum aggregato temporum casus & dimidiæ moræ coniunctoꝝ intra tabulam ueri motus lune in horis & minutis. & sub argumento lune in angulo cōmuni reperies uerum motum lune in dicto tempore. Eum ab argumento latitudinis lune ad ueram oppositionem equato deme: & remanebit argumentum latitudinis lune ad initium eclipsis. Cum quo in tabula latitudinis lune queras latitudinem Lune ueram ad initium eclipsis. Item eundem motum adde argumento latitudinis ad ueram oppositionem: & proueniet argumentum latitudinis equatum ad finem eclipsis. Cum quo similiter queres in tabula sua latitudinē lune ueram ad finem eclipsis: & habebis intentum.

Propositio Decimaseptima.

Eclypsis lunaris habitudinem in plano figurare.

¶ Sicut in pictura solaris eclypsis dictum est/in superficie plana trahatur linea recta que teneatur pro portione eclyptice. cuius medius punctus sit centrum umbre in loco transitus lune. A quo uersus unam extremitatum linee sumantur officio circini tot partes equales/quot sunt minuta ī aggregato semidiametroꝝ umbre & lune. Et fm hanc quātitatē aggregati semidiametrorum super centro fiat circulus. & super

eodem centro alius ſm quantitatem ſemidiametri umbre: qui habeatur pro circulo umbre. Et ſint in hac figuratione quatuor partes mundi Oriens: Occidens: Meridies: Septentrio: ut in figura eclypſis ſolaris. Item linea occulta orthogonaliter portionem eclyptice ſecans ſuper centro circulorum. In qua ſimiliter duo puncta a centro diſtantia ſm latitudines lune ueras ad principium & finem eclypſis ſignẽtur: & uerſus eas partes: meridiei aut ſeptentrionis ut latitudines ipſe ſunt. Et ab illis punctis ducantur paralelle linee priori. Prima quidem a puncto ſignante latitudinem lune ad initium eclypſis uerſus occidentem. Alia a puncto ſignante latitudinem ad finem eclypſis uerſus orientem. Et incidentie earum cũ circumferentia maioris circuli notentur: quia ſignificãt loca centri lune ad initiũ & finẽ eclypſis. Et illa duo loca per rectam lineam copulentur, que per medium puncto diuidatur: quod ſignat locum lune in medio totalis obſcurationis. Super illa tria puncta ſm quantitatẽ ſemidiametri lune uiſualis fiant tres circuli/lunam in principio medio & fine ſignificantes. Quantum autẽ de medio eorum intra circulum umbre cadit: tãtũ ꝓportionabiliter de luna nobis eclypſabit. Si enĩ totus intra cadit: tota luna obſcurabitur. Si pars eius intra cadit: pars quoq; talis de luna eclypſabitur.

Orũ q̃ de eclypſi ſolari dicta ſunt exẽpla ſubicere.

Volo inuenire coniunctionem ueram atq; eclypſim que fiet anno domini millemo quadringenteſimo ſexageſimo currẽte: in menſe Iulio. Tempus igitur numerationis annorum Chriſti uſq; ad initium menſis Iulii uſualis predicti completum eſt mille q̃dringenti & quinquaginta nouem anni: & menſis Junius. Cum quo quidem tempore dum intrauero tabulas mediarum coniunctionum & oppoſitionum ſolis & lune/primo in annis collectis apud. 1440. inuenio de tempore dies ſeptem: horas octo: minuta trigintaocto: ſecunda uigintiſeptem. De loco ſolis ſigna nouem: gradus. 11. minuta. 37. ſecũda. 14 De argumento lune ſigna duo: gradus. 23. minuta. 26. ſecunda. 44. Et de argumẽto latitudinis ſigna quattuor gradus. 24. minuta. 58. ſecunda. 59. Deinde etiam in annis expanſis apud. 19. reperio de tempore dies uigintiocto. horas uiginti: minuta duodecim: ſecunda ſex. De loco ſolis ſigna. 11. gradum. 0. minuta. 58. ſecunda. 21. De medio argumento lune ſigna nouem: gradus undecim: minuta octo: ſecunda ſexdecim. De argumẽto latitudinis ſigna. 11. gradus. 6. m̃. 53. ſecũda. 42. Poſtea quia annus currẽs eſt biſextilis/intro in tabulam menſium biſextilium cum Iunio: & inuenio de tempore dies quatuor: horas decem et nouem: minuta trigintaquinq; ſecunda quadragintaduo. De loco ſolis ſigna quinq; gradus uigintiquattuor: minuta trigintaocto: ſecunda uigintiquinq;. De argumento lune ſigna qnq; gradus quattuor: minuta quinquagintaquattuor: ſecunda tria. De argumẽto latitudinis ſigna ſex: gradus quattuor: minutum unum: ſecũda uigintitria. His tribus ordinibus in unum iunctis/unoquoq; ſuo generi/exit de tempore dies. 41. hora. 0. minuta. 26. ſecunda. 15. De loco ſolis ſigna duo: gradus ſeptem: minuta quattuordecim: ſecundum nullum. De argumento lune ſigna quinq;: gradus nouem: minuta uigintinouem: ſecunda tria. De argumento latitudinis ſigna decem: gradus quinq;: minuta quinquagintaquattuor: ſecunda quattuor. Et quia uolo coniunctionem/quero in tabella reuolutionum in directo tituli coniunctionis tempus quod proxime maius aggregato tẽporis ſuperius inuẽti reperiẽ ibi: & inuenio dies quinquagintanouem: horam unam: minuta uigintiocto: ſecũda ſex de tempore. De loco ſolis ſignum unum: gradus uigintiocto: minuta duodecim: ſecunda quadragintaocto. De argumento lune ſignum unũ: gradus. 21. minuta. 38. ſecun. 1. De argumẽto latitudinis lune ſigna duo: gradum unum: minuta uiginti: ſecunda uigintiocto. Hunc igitur ordinem ſubſcribo ordini prioris aggregati/unũquodq; ſuo generi: & lũgo motus motibus, ſed tempus inferius a ſuperius ſcripto ſubtraho. & erit de tempore dies decem et octo: hora una: minutum unum: ſecũda. 51. De loco ſolis ſigna quattuor: gradus quinq;: minuta uigintiſex: ſecunda quadragintaocto. De argumento lune ſigna ſeptẽ: gradũ unũ: minuta ſeptem: ſecunda quattuor. De argumento latitudinis ſignum nullum: gradus ſeptem: minuta quattuordecim: ſecunda trigintaduo. Eſt ergo coniunctio ſolis & lune media quã queſiuimus die Iulii decimaoctaua: hora poſt meridiem prima: minuto. 1. & ſecundo. 51. ad meridianum Viennenſem. Et ad idem tempus locus ſolis medius eſt ſigna. 4. gra. 5. minuta. 26. ſecun. 48. Argumentũ lune medium ſigna. 7. gradũ. 1. m̃. 7. fa. 4. Et argumentum latitudinis medium ſignũ. 0. gradus. 7. m̃. 14. ſecũda. 32. Nunc pro auge ſolis habenda cum prædicto tempore numerationis annorum chriſti intro tabulam augis ſolis: & apud. 1455. inuenio ſigna. 3. gra. 0. minuta. 46. ſecunda. 18. Et motum in anno. 34. ſecũda. quem quater ſũmo pro quattuor annis: facit minuta. 2. ſecũda. 16. Et pro ſex menſibus. 17. ſecunda. Et

pro. 18. dieb9. 2. fa. Eſt igit aũt ſolis ad coniunctionẽ mediã ſig. 3. gra. 0. m̃. 48. fa. 53. Hanc aufero ex loco ſolis medio: & relinquit argumẽtũ ſolis ſig. 1. gra. 4. m̃. 37. fa. 55. Cũ argumento hoc ſolis: & argumento lunæ priori ſig. 7. gra. 1. m̃. 7. ſecun. 4. intro tabulas diſtantiæ ueræ coniunctionis aut oppõnis a media/querẽdo argumentũ ſolis in parte inferiori: eo ꝙ argumentũ lunæ plus eſt ſex ſignis. & argumẽtũ lunæ in parte dextra aſcẽdendo. Reperio aũt argumentũ ſolis proxime minus ſignum. 1. gradus. 4. Argumentum aũt lunæ proxime minus ſigna ſeptem gra. 1. In horum angulo cõmuni ponũtur horæ ſex. minuta. 56. Nota autẽ quæ ab angulo cõmuni uerſus argumẽtum ſolis procedendo primo occurit eſt M. Item differentia ſolis eſt ſex minuta. quæ procedunt augendo. Item differentia lunæ eſt octo minuta. quibus ſimiliter augetur angulus argumenti lunæ proxime maioris. De differentia ſolis pars proportionalis eſt duo minuta. quia trigintaocto minuta in argumẽto ſolis ſunt fere una tertia de duobus gradibus. Item de differentia lunæ pars proportionalis eſt unum minutũ. quia ſeptem minuta in argumẽto lunæ ſunt fere octaua pars unius gradus. Et quia ambæ partes proportionales ſunt addendæ: cõſurgit igitur diſtantia ueræ coniũctionis a media horæ. 6. minuta. 59. cum nota M. Ideo ipſa ſubtracta a tpe mediæ coniunctionis remanet tempus ueræ coniũctionis di. 17. hoꝝ. 18. m̃. 3. fere Iulii/diebus nõ æquatis. De quo quidẽ tpe ſi certior fieri cupio: æquarẽ ad idem tempus ſolem et lunam. Intrando igit tabulas mediorũ motuũ inuenio ad hoc tempus medium motum ſolis fig. 4. gra. 5. m̃. 9. fa. 36. Mediũ motum lunæ fig. quattuor. gradum unũ. minuta. 36. ſecũda. 48. Argumentum lunæ ſigna. 6. gra. 27. minuta. 19. fa. 2. Medium motũ capitis ſigna octo. gradum unũ. minuta. 46. ſecunda. 47. Item aufero augem ſolis a medio eius motu: & fiet argumentum ſolis ſignum unum. gradus quattuor. minuta. 20. ſecunda. 43. Cum hoc inquiro æquationem ſolis in tabula: & eſt gradus unus. minuta undecim. ſecunda quattuor minuenda. Relinquitur ergo uerus motus ſolis ſigna quattuor. gradus tres. minuta. 58. ſecunda. 32. Item dempto medio motu ſolis a medio motu lunæ remanet ſigna undecim. gradus uiginti ſex. minuta uigintiſeptẽ. ſecũda duodecim. Hoc duplicatum facit ſigna undecim gradus uigintiduos. minuta quinquagintaquattuor. ſecunda uigintiquattuor/centrum lunæ. Cum hoc in tabula æquationis lunæ inuenio æquationem centri gradum unũ: minuta tria: minuendam. Ea itaq; ablata ab argumento medio remanet ſig. 6. gradus. 26. minuta. 16. argumentum lunæ æquatum. Huic correſpondet æquatio argumenti in tabula gradꝫ. 2. minu. 21. ſecun. 45. addenda. Addita igitur ad medium motum lunæ facit ſigna. 4. gradus. 3. minuta. 58. ſecunda. 33. uerum motum lunæ. Qui differt a uero motu ſolis tm̃ in uno ſecundo. Quæ ſi duplices faciunt duo ſecunda temporis: ſcilicet tricesimam partem unius minuti in hora. quæ pro nihilo ponẽda ſunt. Quare ſi dimiſiſſem illud examen: in nullo fuiſſet error habitus. Sum tamen certior factus. Eſt itaq; coniũctio ueriſſima ut inuenta eſt die. 17. hora. 18. minuto. 3. fere Iulii: diebus non æquatis. Poſtea ſi illud examen non feciſſem pro loco ueræ coniunctionis reperiẽdo faciliter cum argumento ſolis tempore mediæ coniũctionis: ſcilicet cum ſigno. 1. gradibus. 4. m̃. 37. ſecundis. 55. intraſſem tabulam æquationis ſolis: & in angulo cõmuni ponitur æquatio gra. 1. miñ. 11. ſecun. 36. minuenda. Item cum tempore diſtantiæ ueræ coniunctionis a media: ſcilicet cũ ſex horis. 59. minutis intro tabulam ueri motus ſolis. & ſub argumento ſolis uiciniori ſcilicet ſub uno ſigno inuenio motum uerum ſolis in dicto tempore. 16. minuta. 40. ſecũda. Quia tempus diſtantiæ fuit minuendum coniungo cum æquatione/faciũt gra. 1. minuta. 28. ſecunda. 16. quæ demo a medio motu ſolis tempore mediæ coniunctionis: & relinquitur ſigna. 4. gradus. 3. minuta. 58. ſecunda. 32. uerus locus ueræ coniunctionis. Ecce per hanc uiam breuem reperi id quod ſuperius. Illud idem minuo quoq; ab argumento latitudinis medio tempore mediæ coniunctionis reperto. minuã etiam motum capitis mediũ in prædicta diſtantia: qui eſt fa. 56. & relinquetur argumentum latitudinis lunæ uerum tempore ueræ coniunctionis: ſcilicet ſignũ. 0. gradus. 5. minuta. 45. fa. 20. Idem quoq; prouenĩſſet ſi medium motum capitis tempore ueræ coniunctionis: ſcilicet ſigna octo. gradũ unũ. minuta. 46. ſecunda. 47. coniunxiſſem uero loco lunæ tempore ueræ coniũctionis: ſcilicet ſig. 4. gra. 3. m̃. 58. fa. 33. Nam ex horũ additione prouenit ſig. 0. gra. 5. m̃. 45. fa. 20. Pro argumẽto quoq; lunæ rectificando intraſſem tabulam mediĩ argumẽti lunæ cum tempore diſtantiæ: ſcilicet ſex horis. 59. minutis. ibiq; ponuntur gra. 3. minu. 48. ſecũda. 5. Huic coniũxiſſem pro qualibet hora diſtantiæ nouem minuta: & prouenĩſſet gradus. 4. minuta. 51. Et quia diſtantia habuit notam M. dempſiſſem id ab argumento lunæ medio tempore mediæ coniunctionis: ſcilicet a ſig. 7. gra. 1. m̃. 7. & remanſiſſet ſig. 6. gradꝫ. 26. m̃. 16. argumentũ lunæ æquatũ ad tps ueræ coniũctionis. Ecce qualiter duplici uia idem ſemp inuenĩt. Præterea cum loco ſolis uero tpe ueræ coniũctionis intro tabulam æq̃tiõis dictũ: & inuenio. 12. m̃. q̃ coniũgo tpi ueræ coniũctionis nũc habito: qd

Punctum flexionis tenebrarum in eclypsibus determinare.

C Pūctū flexionis huiuscemodi querit in circumferētia horizōtis:ad qō scilicet vergit circulus magn⁹ p cētra luminariū in defectione solari:aut p centrū lune ꝛ centrū circuli vmbre in lunari trāsiens. qui quidē circulus magn⁹ ob eā rem potest vocari circulus flexionis. Hic pūctus inuestigari solet ad principiū ꝛ finē defectionis:itēq; ad initū ꝛ finē mediū si quā habet eclypsis lunaris: vt sciaf in quo pūcto limbi vtriusuis luminaris vel prima defectio vel postrema eueniat: id est (more astronomoꝝ loquendo) vbi primū aut postremū circuli luminarii in solari quidē obscuratiōe: aut circulus lune circulusq; vmbreus in lunari defectione sese tingēt. Qd primusq; accidat psentiscere pfecto iocūdū est ꝛ nobile mirumimmodū:plusq; admiratiōis p̄bet cū tenebrarū magnitudinē atq; durationē pnūciare. Jn primis itaq; explorādū est/habeat ne luna latitudinē ea bora q̄ q̄rim⁹ flexionē tenebrarū an nō. Si eni latitudine caruerit:punctum flexionis erit caput horoscopi aut cardinis occidui: vtri videlicet luna vicinior extiterit. Scias igit ascēdens ea bora ꝛ amplitudinē ortiuā eius. pūctus eni hanc ortus amplitudinē terminās volūtati tue satisfaciet. Qō ꝛ oc occidēte intelligēdum est/si luna propinquior ei fuerit cū orienti. Si aūt luna habuerit latitudinē aquilōniā:scias primo p decimānonū pblema horizontalem distantiā eius ab oriente equinoctiali vel occidēte:quā pegrino quodā noie vocāt azimuth:solis qdē in eclypsi solari:vmbroſi aūt circuli in lunari. Hinc eni addisces in quo pūcto circulus altitudinis solis vel vmbre incidit horizonti. qō quidē pūctū propter facilioꝛem intelligentiā punctū incidētie libet appellare. Cuius situ diligēter notabis. nā ab eo inferi⁹ cōputabit arcus quidā ad punctum flexionis desinens. Postea ex supra dictis ad horā p̄sideratiōis tue quere angulū qué ptinet circulus altitudinis cū ecliptica apud locū verū solqui dem in solari defectione: vmbre aūt id est puncti q p diametrū soli opponit in lunari obscuratione. Ex q̄ demuꝫ angulo tres alios vertice cōmunē habentes cū dicto angulo faciliter agnosces. Nā si angulū huiusmodi borealem atq; orientalem: cuius magnitudo p vigesimūlecūdū pblema deprehēdit:ex.180.gradibus dempteris: relinquet angulus borealis occidētalis. Angulus aūt meridianus occidentalis equat angulo boreali orientali:ꝛ angulus meridian⁹ orientalis angulo boreali occidētali reperit equalis. Hos quatuor angulos nota ieoꝝ iuxta cum suis denoiationib⁹. Altitudo deinceps solis vel circuli vmbroſi inuenīda est ad horā considerationis tue. Quib⁹ rebus sic dispositis accipe duos numeros introituales: quoꝝ vnus sit latitudo lune visa in solari quidē defectione: aut latitudo lune vera in eclypsi lunari. Si his aūt sit ogeries semidiametroꝝ visualiū solis ꝛ lune tā in principio q̄ in fine solaris eclypsis: aut aggregatū semidiametroꝝ lune ꝛ vmbre in principio ꝛ fine eclypsis lunaris. Jn principio aūt more ꝛ fine ei⁹ auferꝫ semidiametrū lune ex semidiametro vmbre:ꝛ residuū pro secundo numero introituali serua. Horū itaq; maiorē queras in fronte tabelle manualis:minorē vō directe sub eo.ꝛ numerū in latere sinistro collectuꝫ accipe deinceps in area tabule generalis iurta vnū gradū lateralem. Quo pcisinuēto numerus in fronte tabule occurrēs angulū flexionis rep̄sentabit: quem videlicet circulus flexionis cū ecliptica cōtinet. Si vō cū nusquā in tabula offenderis accipe numerū arealem proximo minorē vni gradui appositū. cuius ꝛ numeri tui differētiā quere in area tabelle manualis sub differētia trāsuersali iurta vnū gradum posita. minutiasq; in latere tabelle oblatas numero frōtali cui arealis predict⁹ subiacet adiūgas:vt concrescat angulus flexionis quesit⁹. Quē deinde p̄feras ad angulū borealem occidentalē/si ad principiū eclypsis vel totalis obscuratiōis cōputū feceris. Nā si angulus flexionis fuerit equalis ei ad quē p̄ferf pūctus flexionis idem erit cū puncto incidentie. Si aūt duo anguli inuicē collati ineq̄les extiterint:alterū ex altero minue:numerūq; residuū cū complemēto altitudinis solis aut circuli vmbroſi lateraliter tabule imittas:ꝛ cōplemētū eius qō in angulo cōi offeret cū complemento residui paulo ante dicti areatim in tabulam ducas:arcūq; in latere descendenti oblatū ex quadrāte minuas. sic enim relinquet numerus punctū flexionis euestigio pditurus. Cū igit numerū computa in horizonte ad principiū quidē eclypsis vel totalꝫ obscurationis a puncto incidētie sup⁹ notato orientē versus si angulus flexionis minor fuerit angulo boreali occidentali. aut occidentē versus si maior eo fuerit. Jn fine aūt eclypsis vel totalis obscurationis huiusmodi residuū arcu cōputa in horizonte a puncto incidētie aduersus occidentē si angulus flexionis minor fuerit angulo boreali orientali. aut versus orientē: si maior eo fuerit. sicq; perduceris ad punctū flexionis quesitū: vbi videlicet circulus flexionis incidit horizonti. Qz si meridiana latitudine luna sortiaf: inuētis oib⁹ vt supra expositū est vsq; ad angulū flexionis: ipse angulus flexionis

in principio quidē eclypsis vel totalis obscurationis cōferri debet ad angulū meridianū occidētalem iam dudū seruatū. Jn fine aūt ad angulum meridianū orientalem. Deinceps vō cetetera abolmēda sunt quemadmodū supra monitū est: donec inueneꝫ vltimꝫ arcus in horizōte cōputandus a pūcto incidentie. Cum igit arcū in principio eclypsis vel totalis obscurationis numerabis a pūcto incidentie versus occidentē si angulus flexionis minor fuerit angulo meridiano occidentali. aut ab eodem puncto oriente versus si maior eo fuerit. Jn fine vō eclypsis vel totalis obscurationis dictū arcū computabis a puncto incidētie versus orientē si angulus flexionis minor fuerit angulo meridiano orientali. aut versus occidētē si maior eo fuerit. Hoc eni pacto offendes punctū flexionis quesitū. Sed illud nō est socordia pretercundum Posteaq; angulū flexionis er aliquo quattuor angulorū eclyptice ꝛ circuli altitudinis sicuti p̄cepim⁹ subtrahe ris:si residuus numerus quadrantē equauerit: numeroꝝ in horizonte a puncto incidentie cōputandus nonaginta gradus complectet. Js igit siue ad orientē siue ad occidentē cōputeꝫ in puncto flexionis desinet: quandoquidē circulus flexionis horizonti coire solet in duobus punctis per diametrū oppositis. Si vō talis numerus residuus quadrantē superauerit: in summā numeri a puncto incidentie orientē versus orientē ertendes. Nā si vim exposītā doctrinā numerus ille ad orientē supputā dus erat: iam occidētē versus dirigeꝫ. ꝛ viceuersa si pro ad occidentē iam vīsus orientē ertēdeꝫ. De flexione itaq; tenebrarū sufficere nunc videnf hec paucula. Nam si ad vnguem omnia ad presens negocii spectantia extricare pergat quispiam: non tā cōmodus videbit q̄ curiosus. quippe cū in presenti traditione perinde locuti sum⁹ q̄si soli deficiēti nulla prorsus latitudo visa accidat: neq; ite luna neq; circulus vmbreus vllam habeat diuersitatē latitudinis. qō pfecto aliter euenire necesse est. Sol eteni nunq; sub ecliptica videt nisi verticē hemisphērij supioris occupet. Luna aūt plerūq; pati diuersitatē aspect⁹ in latitudine: atq; idcirco aliam quidē esse verā: aliā autē visam latitudinē ne vulgares quidē ignorant astronomi Quod ꝛ de circulo vmbre non iniuria enunciandum est: quoniā equalem pene cū luna a cētro visus habet remotionē. Verū hec atq; alia id genus vt nihil vel parum erroris sensibilis operiam dudū exposito poterūt imisce re. C Jn exemplari supputatione facilius forsitan intelliges. Supponaf aliqua defectio solaris in regione nostra: in cuius fine sol distet a meridiano orientē versus p spaciū quattuor horarū equaliū. quamobrē elevatio eius supra horizontē gr̄.34.mñ.46. Distantia aūt horizontalis ab oriente equinoctiali gr̄.8.mñ.21.ad meridiē. Angulus borealis orientalis quē continet circulus altitudinis cū ecliptica in loco solis concurrētes gra.122.mñ.38. borealis occidentalis graꝺ.57.mñ.22. Meridianus orientalis graꝺ.122.mñ.38. Verūtū in p̄senti casu borealis orientalis dūtaxat cognitu necessarius erit. Ponimus eni latitudinē lune visam borealem.27.minutiarū vnius gradus. Cogeries de uiq; semidiametroꝝ visualium solis ꝛ lune.32.minutias vnius gradus cōplectaf. sub qua quidē cōgerie in frōte tabelle manualis accepta quero latitudinē lune visam: et e directo eius in duobus locis accepte colligo gr̄.50. mñ.37. hūc aūt numerū nusquā inuenio iurta vnū gradū tabule generalis: sed p̄ximo minor eo offert mihi ḡ.50 mñ.19. sub numero frontali.57. Jnter gra.50.mñ.19. autē ꝛ gra.50.mñ.37. differentia cadit mñ.18. quā quero in tabella manuali sub.34. secūdis differētie transuersaf iurta vnū gradū posite:ꝛ e directo eius in latere descendenti offendo.32. minutias. quas adiungo arcui frōtali.57. graduū antea seruato: vt cōcrescat angulus flexionis gra.57.mñ.32. Huiuscemodi autē angulū minuo ex angulo borealī orientali gr̄.122.mñ.38. sicq; manebit numerus residuus gra.65.mñ.6. quē cū cōplemēto altitudinis solaris gr̄.55. mñ.14. lateraliter in tabulam transferēti mihi offertur arcus ille gra.48.mñ.10. Cuius deinceps cōplementū ḡ.41. mñ.50. cū cōplemēto numeri residui antehac inuēti ḡ.24 mñ.54. areatim in tabulam ducendo eliciuntur ḡ.39.mñ.9. qui er quadrante summoti relinquūt gra.50.mñ.51. arcū videlicet qui a pūcto incidentie occidentē versus numerari debet. Talis autē incidentie punctus ab oriēte equinoctiali ad partē meridiei distabat gradibus octo ꝛ.21. minutijs. quibus si adiecero gra.50.mñ.51. ostabit arcus gr̄.59.mñ.12. id est remotio pūcti flexionis ab oriēte equinoctiali. Verum si libeat tale punctū flexionis ad meridianū referre: cum inter oriens equinoctiale ꝛ meridianum quadra circuli iaceat: si memoratū numerū gra.59. mñ.12. er nonaginta gradibus abstuleris: habebis in residuo gra.30.mñ.48. arcum videlicet horizontis qui inter meridianū ꝛ punctū flexionis comprehenditur. Js igit a meridiano directus ad orientem flexionis punctū iudicabit. Jn alijs autem casibus nisi bebetiore lis ingenio nunq; postulabis exemplarē calculum: cum ex iamnunc memoratis breui quodam diuerticulo siquid varium est aucupari possis. Nunc demum declinationibus ac celi mediationibus ceteris; eiusmodi passionibus stellaruꝫ libet incumbere.

Problema lj.

Cognito loco vero stelle siue fixe siue erratice cum eius latitudine declinationem suam ab equinoctiali circulo scisciari.

C Si locus stelle verus sm̄ lōgitudinem in altero duorum punctoꝝ tropicoꝝ fuerit declinationē talis puncti tropici ꝛ latitudinē stelle/si pari denominatione fuerint congrega: aut altera ex altera deme si diuersa cognomenta susceperint. sic enim declinatio stelle prodibit/nunq; mutatura nomē eoꝝ arcuū ex quibus nascitur/nisi quando per subtractionem elicitur. tunc enim maior arcus denominationē suam tribuit relicte declinationi. Altero autē punctorum equinoctialium stelle locum prebente intra lateraliter cum latitudine stelle ꝛ complemento maxime declinationis solaris. numerus enim in area tabule occurrēs quesitam prebebit declinationē: eius quidem denominationis cuius ꝛ ipsa latitudo erat. Si vō alium locū stella obtinuerit: distantiam eius a capite caneri aut capricorni/vtri scilicet vicinior fuerit cū maxima declinatione solari lateraliter in tabulam mittas. quodq; angulus cōmunis offeret inuētū primū nominabis. Deinde areatim ingrediaris tabulam cū complemēto huius inuēti primi ꝛ cōplemēto maxime declinationis solaris. nam eo quod latus descēdens dabit er.90. gradibus dempto: residuū discretiōis gr̄a vocabis inuentū secundū: boreale quidē si borealis eclyptice medietas locuꝫ stelle prebuerit. austrinū vō si reliquus eclyptice semicirculus stellam hospitio recepe rit. Huiuscemodi igit inuentū secundū latitudoq; stelle in vnū congregent si eadē denominatione fuerint: aut alterū er altero auferat si diuersas sortiant denominationes. quodq; alterutro modoꝝ eliciet argumētū declinationis appellari liceat. Jd aūt argumentū si ex collectione natū fuerit/denominationē suarū partiū suscipiet. nā si per ablationē minoris ex maiori: relinquet/denomina

tio maioris ei debebit. Deinde cū eo argumēto declinationis ⁊ complemēto inuenti primi tabulā lateraliter ingredere, mox eni in area eius vt assolet venaberis declinationē stelle quesitā: eadē vtiq; denoiatione qua fuit argumentū eius. Qz si nullū euenerit argumētū declinationis: dū videlicet inuentū secundū ⁊ latitudo stelle eundē quidē numerū/diuersas aūt denoiationes possidēt: nullam quoq; declinationē stelle pronūciabis. Quicqd aūt bacten⁹ de stellis tradidim⁹: alijs quoq; celi punctis qui buscūq; accōmodari poterit: modo longitudinē quidē in ecliptica: latitudinē vō ab eadē habeant cognitas. Stelle postremo aut pūcto celi cuilibet latitudinē nullā habēti eam tribues declinationē/quā locus eius in ecliptica obtinet. ¶Prererea inuentū secūdū alij eliciūt hac lege. Distātia stelle ab alterutra sectionū equinoctialiū perinde quasi ascēsionē rectā accipiūt: ⁊ ei arcū eclyptice debitū p tabulā ascensionū rectarū assignāt. quo cognito/quantā declinationē finis eius arcus sortiatur explorant. numerus eni talis declinationis ostēdit portionē circuli latitudinis inter equinoctialem ⁊ eclypticā cōprehensam. q̄ paulo supius inuentū secundū appellabatur. neq; eā inepte radicē declinationis quispiā agnominābit. Vtram itaq; viarū elegeris/nihil mea refert. Est enim anim⁹ imprezentiarū nō qualscūq; vias ad ppositū quodlibet ducētes mōstrare: sed vnum tabule generalis q̄ paucissimis verbis explicare. ¶Jam in exēplo videamus. Stella quedā locum longitudinis habeat in principio arietis/cū declinatione bozeali. 6. graduū. cui⁹ declinationē scrutabor hac via. Cōplemētū maxime declinationis solaris gra. 66. mī. 30. cū latitudine memorata late raliter in tabulā trāsferēdo offert more pualgato numerus ille ḡ. 5. mī. 30. q notificat declinationē quesitā: bozealem quidē quoniā ⁊ latitudo stelle ad septentriones vergebat. ¶Sed esto locus verus cuiuspiā stelle fm lōgitudinē in quintodecimo gradu tauri. que habeat latitudinē aquilonią septē graduū. Quero declinationē ei⁹ ab equinoctiali circulo. Distantiā itaq; loci eius a capite cancri q̄ est ḡ. 45. mī. 0. cū maxima obliquatiōe solari ḡ. 23. mī. 30. mitto lateraliter in tabulā: vt elicią inuentū primū ḡ. 16. mī. 23. Cui⁹ deinceps complementū ḡ. 73. mī. 37. cū cōplemēto maxime obliquationis solaris ḡ. 66. mī. 30. areatim in tabulā ducēti mihi tātus offert arcus ḡ. 72. mī. 55. cui⁹ residuū de quadrāte ḡ. 17. mī. 5. voco inuentū secūdū: bozeale quidē q̄ semicirculus eclyptice bozealis locū stelle prebeat. Cui rursus inuēto latitudinē stelle bozealem adijcio vt cōcrescat argumentum declinationis bozeale ḡ. 24. mī. 5. Qō tādē cū cōplemēto inuēti primi ḡ. 73. mī. 37 lateraliter trāsferēdo in tabulā ercudo declinationē stelle aquilonią ḡ. 23. mī. 3. In aliis deniq; casibus pari proxsus formula pcedendū est: nisi q̄ argumentū declinationis ex inuēto secundo ⁊ latitudine stelle multifariā nasci solet. Que res cum antea satis lucubrata est: tum facilis admodum censetur.

Problema lij.

Punctum eclyptice cū quo stella quelibet celum mediat commonstrare. ¶Quecunq; stella in altero punctoꝝ tropicozū sibi locū deligit: nō aliud celi mediationis pūctū erpectat q̄ locū suū verū in ecliptica. Alibi aūt si quepiā stella ⁊stituat: arcū ecliptice in loco eius desinentē perinde q̄si ascensionē rectā intellige: arcūq; ecliptice tali ascensioni debitū ex supiozib⁹ addisce. qui quidē arcus haud absurde nūcupabit radix ascensionis, eā serua diligēter,

Deinde nō aliter q̄ in precedenti elicias inuentū primū intrādo tabulā lateraliter cū maxima declinatione solari ⁊ distātia loci stelle a cancro vel capricorno: vtri scilicet vicinior fuerit. Tale deinceps inuētū primū cū cōplemēto declinationis stelle areatim in tabulā ducēdo excipietur inuentū secundū. qō rursus cū argumēto declinationis stelle lateralit in tabulā trāsfer. arcūq; in area reptū: q̄ plerisq; appellat⁹ ōia trāsit⁹ stelle p celi mediū/adde radici ascensionis antehac seruate si semicirculus eclyptice delcēdens locū stelle prebuerit: ⁊ declinatio ipsi⁹ stelle fuerit bozealis: aut locus stelle in semicirculo ascēdēte datus fuerit cū declinatione meridiana. Tale vō differētia trāsitus auser a radice ascensionis si locus eius in semicirculo eclyptice delcēdenti repiat: ⁊ declinatio stelle austrina fuerit: aut stella medietatē celi ascēdentē possideat cū declinatiōe aquilonia. Hac eni additione vel ablatiōe sicuti res exposrulat inueniet ascensio recta ad cū eclyptice punctū ipectās/qui cū stella data celū mediat. ¶Per quā deniq; rectā ascensionē punctus eclyptice q̄s⁹ tus modo sepe dicto inuestigabit. Quotiens aūt ex tali additione plures q̄. 360. gradus excrescūt: circulus vn⁹ est reiciendus. Qñ vō ex radice ascensionis memorata differētia trāsitus auferri nequit: numerus totius circuli adnectēdus est: vt ex summa cōflata possit fieri subtractio. Illud demū nō est ignorandū: q̄ altero pūctoꝝ equinoctialiū stelle locū prebēte maxima quidē declinatio solaris pro inuēto primo: latitudo aūt ipius stelle q̄cūq; denoiatione fuerit pro argumēto declinationis sūmenda est. ¶Porro si centrū stelle sub ecliptica sitū fuerit: nō arbitror te quesitū ire aliud eclyptice punctū qd cū ipsa stella celū mediet: preterq; id sub quo stella ipsa ⁊stituit. Cōtingit preterea argumentū declinatiōis inpare quadrante circuli. tūc itaq; numerus postremo p tabulam elicitus a semicirculo auferēdus est: vt relinquat differētia trāsitus p celi mediū. cū qua deinde pcedendū est vti supra monuim⁹. At si tale argumentū declinationis q̄rtā circuli equauerit: differētia quoq; memorata a q̄drante nō discrepabit. Sed diuertamur ad numeros exēplares. Volo scire cū quo puncto ecliptice ea stella celū mediet: quā supra posuim⁹ in quintodecimo tauri cū latitudine bozeali septē graduū. fingo itaq; distantiā loci stelle a capite arietis id est. 45. gradus tanq; ascēsionē rectā. cui de eclyptica debef arcus ille ḡ. 47. mī. 29. quē voco radicē ascensionis. Deinde distantiā loci stelle a capite cancri id est. 45. gradus vna cum maxima declinatiōe solari ḡ. 23. mī. 30. lateraliter in tabulam ducēdo elicio inuentū primū ḡ. 16. mī. 23. qō rursus cū cōplemēto declinatiōis stelle gr. 66. mī. 57. areatim in tabulam mitto: vt emergat inuentū secundū ḡ. 17. mī. 50. Cū quo demū atq; argumēto declinationis gra. 24. mī. 5. lateraliter tabulā intrādo excipiē numer⁹ ille ḡ. 7. mī. 11. id est differētia trāsit⁹ stelle p celi mediū. quā aufero ex radice ascensionis ḡ. 47. mī. 29 quēadmodū positio stelle exigit: ⁊ reliquit ascēsio recta ḡ. 40. mī. 18. ad pūctū q̄situ spectās. cui qdē arcus eclypti ce debef ḡ. 42. mī. 46. a capite arietis sumēdo initiū: id est ḡ. 12. mī. 46. tauri. pūctus itaq; hūc eclyptice arcū terminans ad celi mediū vna cū stella ppolita puenire solet.

Problema liij.

Declinationem stelle cuiuslibet aliter q̄ antehac traditū est indagare. ¶Si ver⁹ stelle locus fuerit in altero pūctorū equinoctialiū intra vt prius lateraliter cū latitudine eius ⁊ cōplemēto maxi-

me declinationis solaris, nā in angulo cōmuni habebis declinationē stelle quesitaꝝ eiusdem denominationis cū latitudine sua. Si aūtē dimidia eclyptica bozealis stelle locū prebuerit: intra lateraliter cum complemento latitudinis ⁊ distantia stelle ab initio cancri. quodq; angulus cōmunis offeret inuentum primū nominabis. Deinde areatim ingredere cum complemento huius inuenti primi ⁊ latitudine stelle. eo nāq; quod in latere descendenti accipies ex nonaginta gradib⁹ ablato: residuū appellabitur inuentū secundū. Quod demū confer ad maximā solis declinationē. nam si fuerit equale ei: ⁊ latitudo stelle septētrionaria extiterit: deme inuētū primū ex quadrante: ⁊ residuū pro declinatione stelle tenebo. Si vō hec duo inuicē collata fuerint inequalia: alterum ex altero deme: ⁊ residuum serua. Latitudine aūtē meridiana existente inuentū secundū semper appone maxime solis declinationi. quodq; hoc pacto vel remanebit demēdo: vel conflabit adiungendo sicuti res postulat: argumentū declinationis nuncupet: bozeale quidē semp q̄s latitudo stelle ad septētriones vergit. Dum aūtē latitudo stelle austrina supponit: varium erit iudiciū. Nam si argumentū declinationis quadram circuli superauerit: ipsum adhuc bozeale censebitur. Si aūtē citra quadrantem manserit: meridiano donabitur cognomēto. Cōplementū igitur huiuscemodi argumēti cum complemēto primi inuenti tabule lateraliter imittas. numerus enim arealis more pervulgato elicitus declinationē ostendet quesitam: bozealem quidē si argumentū sepe memoratū tale fuerit. austrinā vō si illud austri sumpserit agnomīnationē. Verū argumento tali nonaginta ad vnguē gradus complectēte nulla prorsus stelle tribuetur declinatio. Qz si austrinū ecliptice semicirculū stella possederit: intrabis lateraliter cum distantia eius a capite capricorni ⁊ complemento latitudinis stelle. angulus eni cōmunis inuentū primū veluti superius tibi reddet. Cui⁹ deinceps inuenti cōplementū cū latitudine stelle areatim in tabulā mittas. quodq; in latere descendenti oblatū fuerit ex quadrāte minuas vt relinquat inuētū secūdū. Cui rursus maximā solis declinationē semp adijcias dū latitudo stelle septētrionaria fuerit. Si aūtē meridiana exisit latitudo/ipsum inuentū secundū ex maxima solis declinatione rejcies: aut econtra maximā solis declinationē ex inuēto secūdo. quodq; vel collectū fuerit vel residuū aut ḡlitas negocij portat/vocabis argumentū declinatiōis: meridianū quidē semp q̄s latitudo stelle meridiana supponit. Latitudine aūtē bozeali subiecta: si tale argumentū quadrā circuli superauerit meridianū itē babebit. Si vō min⁹ quadrāte fuerit: bozealē suscipiet denoiationē. Cōplemētū igit talis argumēti declinationis cum cōplemēto inuenti primi tabule lateraliter imittas. qō eni in angulo cōmuni videbis erit declinatio stelle quesita: eius quidē denoiationis quā argumentū declinationis habebat. Verū si inuentū secundū equale esset maxime declinationi solis: latitudoq; stelle meridiana: dempto inuēto primo ex nonaginta gradibus: relinqueret declinatio stelle austrina. Porro argumentū declinationis quadram circuli precise complectens stellam ab equinoctiali circulo nusquā secedere permittet. ¶Exempli gra Resumatur stella pristina in quintodecimo tauri gradu existens: ad septētriones remota septem gradibus. Distantiam eius a capite cancrino. 45. graduū cum complemento latitudinis gra. 83. mī. 0. intra tenorē precepti lateraliter in tabulam mittēs excipio inuētū primū ḡ. 44. mī. 34. Cuius complemētū gra. 45. mī. 26. cū latitudine stelle gra. 7. mī. 0. areatim deinceps in tabulam ducēdo eliciūtur gra. 9. mī. 51. qui ex quadrante sūmoti relinquūt inuētum secundū ḡ. 80. mī. 9. ex quo demo maximā solis obliq̄tionē gra. 23. mī. 30. vt remaneat numerus ille ḡ. 56. mī. 39. quem vocabo argumentū declinationis: bozeale quidē q̄ stella locū in dimidia eclyptica bozeali obtinet: latitudinēq; bozealem. Huius complementū gra. 33. mī. 21. cū cōplemento inuenti primi gra. 45. mī. 26. lateraliter in tabulam transferēti mihi exhibet declinatio stelle gra. 27. mī. 3. septētrionaria: quoniā argumentū declinationis a septētrionib⁹ denoiatū est. Sed ponatur stella quepiā in medio tauri fm longitudinē vt supra: cum latitudine austrina septem graduū. Cum igit in hoc casu numeri introituales primi sint equales prioribus: inuentū primū vt antea erit gra. 44. mī. 34. Pari quoq; ratione inuentū secundū repetet gra. 80. mī. 9. Verū tale inuentū secūdū maxime declinationi solari adiungem⁹ stella meridiana obtinēte latitudinē: sicq; concrescet argumentū declinationis graō. 103. mī. 39. quod quia nonagenarium superat bozeale compellabitur. Eius deinceps complementum gra. 13. mī. 39. cū complemēto inuenti primi gra. 45. mī. 26. lateraliter in tabulam ducēti mihi offertur declinatio stelle gra. 9. mī. 40. bozeali denominatione qua ⁊ argumentū declinationis erat. Ceteri casus exemplari calculatiō egebūt: si que iam dudum tractanimus renoluere nō pigeat. Habes tandē amice geminas declinationis supputāde formulas. quarū vtram exercere velis arbitrio tuo conceditur. ego si quando vsus fuerit priorē amplecti malim: est enim cum breuiuscula latis: tum etiam aliquanto extricatior.

Problema liiij.

Punctum celi mediationis alia quadam ratione perscrutari. ¶Si locus stelle verus fuerit in principio arietis aut libre intra tabulam areatim cum complemēto latitudinis stelle ⁊ complemento declinationis eius. nam quod in latere descendenti offendes ex quadrante sāmotū relinquet ascensionē rectā arcus ecliptice qui inter locū stelle ⁊ punctū celi mediationis continet. Que cum duobus ecliptice arcub⁹ vtriq; equalibus debeat: explorandū prius est in vtra quartarum ecliptice punct⁹ celi mediationis existat. Talis aūt punctus semper erit in medietate zodiaci australis si latitudo stelle bozealis fuerit. ⁊ ecōtra in medietate bozeali si latitudo stelle austrina extiterit. Quo satis comperto ascensio recta per sertū problema ad punctum eclyptice quesitū te perducet. Si aūtē locus stelle extra duo pūcta equinoctialia datus fuerit intra lateraliter cum complemento latitudinis stelle ⁊ distantia eius ab alterutro punctorum tropicozū: cui videlicet locus stelle vicinior fuerit. quodq; in angulo cōmuni offendes cum complemento declinationis stelle areatim in tabulam mittas. ⁊ eo qō in latere descēdenti occurret ex nonaginta gradibus reiecto manebit ascensio recta arcus ecliptice qui inter equinoctialem ⁊ punctū celi mediationis quesituꝝ cōcludit. Que cū duobus in vna medietate ecliptice respondeat arcubus adhuc non erit notū celi mediationis punctū: nisi sciatur an ipsum sit in eadē quarta ecliptice cū vero loco stelle/an diuersis. Que res hoc pacto explorabitur. Si extra quatuor celi cardines stella queuis cōstituat: intrabis tabulam nostrā lateraliter cum complemento maxime declinationis solaris ⁊ distantia veri loci stelle ab altero punctorū tropicozū. cuiusq; quod in angulo cōmuni occurret complementū cū maxima solis declinatione areatim tabule imittes. ⁊ cōplementū eius quod in latere descēdenti colliget vocabis argumentuꝝ locale, Si itaq; ver⁹ loc⁹ stelle fuerit in medietate ecliptī

† probl. 6. Vel tabulas vulgares ascensionum rectarum

ce boreali: ⁊ latitudo stelle meridiana extiterit: vel ecõ boreal: minor tamen argumento locali: locus verus stelle ⁊ punctus celi mediationis in eadem quarta erũt. Similiter si i medietate austrina fuerit: ⁊ latitudo stelle borealis. vel si meridiana fuerit: minor quidé argumẽto locali: in eadem quarta reperientur dicta duo loca. Jn medietate autẽ boreali: si latitudo stelle septentrionaria excesserit argumentum locale: aut in medietate austrina latitudo stelle meridiana superauerit huiusce modi argumentum locale duo loca predicta in diuersis reperiẽtur quartis. Alias autẽ punctus celi mediationis erit inter arietis vel libre. Arietis quidẽ dum locus stelle verus in semicirculo eclyptice ascendenti fuerit. Libre autem si reliquus eclyptice semicirculus stelle locum prebuerit. ¶ Jn exemplo retractetur memorata stella: cui locũ dedimus in quintadecima parte tauri: cum latitudine boreali septem graduum. Unde ⁊ declinatio eius aquilonia ecrescebatur gra3.23.mi.3. Jgitur complementum latitudinis sue gra3.83.mi.0. cum distantia a capite cancri no gra3.45.mi.0. lateraliter in tabulam traducenti mihi exhibetur inuentum primum gra3.44.mi.34. Quod rursus inuẽtum cum complemẽto declinationis stelle gra. 66.mi.57. areatim in tabulam mittendo excipitur numerus stelle gra.49.mi.42. Qui demptus ex quadra circuli relinquit gra3.40.mi.18. ascensionem videlicet rectam que spectat ad punctum celi mediationis quesitũ. Hunc aũt ascensionem recte a sectione vernali initium sumẽti de eclyptica respondẽt sin signorum seriem duodecim gradus et quadragintaser minute tauri. Contra subsequentia vo signorum gradus. 17.mi.14. aquarij. Quamobrẽ stella hoc posita cum altero punctorum terminantiũ arcus predictos celum mediare solet. Sed quoniam latitudo stelle est borealis: minor quidem argumẽto locali: veluti iamiam apparebit: necesse est punctum celi mediationis in ea quarta eclyptice offendi: in qua ⁊ locus longitudinis ponebatur: id est in quarta vernali. ¶ Ductus igitur finiens duodecim gradus ⁊ quadragintaser minutias tauri vna ad meridianum peruenire cogitur cum stella proposita. Hunc ad argumentum locale inuemendum appellatur animus. Complementũ maxime declinationis solaris gra.66.mi.30. cum distantia loci stelle a cancrino capite gra.45.mi.0. lateraliter in tabulam ferens mox offendo gra.40.mi.25. Cuius complemẽtum gra.49.mi.35. cum maxima declinatione solari areatim in tabulã mittendo hunc numerũ aucupor gra.31.mi.25. Cuius cõplemẽtum gra.58.mi.25. voco argumentũ locale: cp puncto celi mediationis locum definire soleat. Cides igitur vt latitudo stelle borealis septem graduũ multo minor est tali argumento: atq; idcirco punctus celi mediationis cum vero loco stelle (quemadmodũ paulo ante dixim⁹) eandem eclyptice quadram possidere coguntur.

Problema lv.

Er datam stelle declinationẽ punctũq; eclyptice cũ quo ipsa celum mediat: latitudinẽ suaq; ac verum locũ in eclyptica cognoscere.

¶ De stella sermocinabimur latitudinem habente. nam eius que non habet frustra queres latitudinẽ. Utrum aũt stella quelibet proposita latitudinem habeat: sic explorabimus. Si declinatio stelle declinatioq; puncti celi mediationis equali numero ⁊ pari denominatione fuerint: stella absq; latitudine sibi locum in eclyptica deligit: in ipsomet scilicet puncto celi mediationis. Si vo declinationes huiusmodi aut numero equales non fuerint: aut denominatione dissimiles: stellam ipsam ab orbita solari discedere non est dubium. Que traq; cum altero punctorum tropicorum mediat celum: in eodem quoq; locum verum sibi vendicat. Declinationem autem talis puncti tropici adiunge declinationi stelle: si diuersarum fuerint denominationum: et conflabitur latitudo stelle: nomẽ videlicet declinationis sue seruatura. Si vo eadem fuerint denominatione: minorẽ er maiori tolle: ⁊ relinquetur latitudo stelle. cui quidem declinatio tropici ii victa fuerit cognomentum suum tradet. Nam si ea vicerit declinationem stelle: latitudini contrarium nomẽ inculcabit. Oz si qua stella cum altera sectionum equinoctialium ad celi medium peruenire soleat absq; vlla declinatione nisi exemplo confitearis eam in eclyptica cõstitui rusticano te esse ingenio arbitrabor. Ad alios igitur stellarum situs inuenias per vigesimũ problema anguli meridiani ⁊ eclyptice apud punctum celi mediationis prouenientem. ¶ Postea declinationem huiusmodi puncti celi mediationis: declinationemq; ipsius stelle addiscas. Que si fuerint eadem denominatione: alteram ex altera minuas. Et si diuersarũ extiterint denominationum: eas in vnũ collige. quodq; vel auferendo vel colligendo: sicuti res postulat eueniet cum angulo prius accepto: aut reduo eius de semicirculo lateraliter tabule inmittas. numerus enim areatim latitudinem stelle quelibet manifestabit. Hec autem latitudo (si punctus celi mediationis fuerit in eclyptica boreali) semper erit septẽtrionaria quando declinatio stelle aquilonia existens superat declinationem puncti cum quo ipsa celum mediat. Alias autem meridiana predicabitur. Similiter puncto celi mediationis semicirculum eclyptice australium possidente: si declinatio stelle meridiana existens superauerit declinationem puncti celi mediationis/latitudo stelle semper erit meridiana. alias vo semper borealis. ¶ Porro noticiaz veri loci stelle hoc documento aucupaberis. Ascensionem rectam que debetur arcui eclyptice inter vicinorem tropicum ⁊ punctũ celi mediationis contento/cum complemento declinationis stelle lateraliter tabule inferes. quodq; in angulo cõmuni vt assolet colligetur/cum complemẽto latitudinis stelle areatim in tabulam ducendo habebis in latere descendenti distantiam veri loci stelle ab alterutro punctorum tropicorum. Jam ergo si scies an punctum celi mediationis ⁊ locus verus stelle sint in eadẽ quarta eclyptice an in diuersis: locus stelle verus non poterit ignorari. Arcum enim nuperrime ex tabula depromptu cõputabis ab eo puncto tropico/qui cum vero loco stelle eandem eclyptice quartam obtinet. sicq; ad ipsum verũ stelle perduceris locum. Quartas autẽ eclyptice nolim accipias fortuito ⁊ vndecunq; ecrotias: sed eas dũtaxat que ad quattuor cardines id est duo tropica ⁊ duo equinoctialia puncta desinunt. Utrum autem punctus celi mediationis ⁊ verus stelle locus sin longitudinẽ zodiaci eandem eclyptice quartam possideant an diuersas/tali experimento discemus. Ascensionem rectam qua paulo ante vsi sumus vna cum complemento maxime declinationis solaris lateraliter in tabulam ducemus: complementũq; eius quod in angulo cõmuni offeretur/cum maxima item solis declinatione areatim in tabulam mittentes in latere descendenti sinistro arcum vt assolet inuenemus/qui demptus ex quadra circuli relinquet argumentum locale. Hunc itaq; argumento locali conferas declinationem stelle. Nam si punctus celi mediationis i semicirculo eclyptice boreali extiterit; declinatio stelle borealis fuerit quantacunq; aut meridiana: minor quidem dicto argumẽto locali: punctus celi mediationis ⁊ locus stelle verus in eodem quadrante eclyptice constituentur. Si autem declinatio meridiana memoratum argumẽtum locale superauerit: in diuersis quartis reperientur pũcta predicta. Similiter si punctus celi mediationis australium eclyptice medietatẽ possideat: et declinatio stelle meridiana fuerit quanta: tũq; aut borealis/minor quidem argumento locali: eadem eclyptice quadra ⁊ verum stelle locum ⁊ punctum celi mediationis recipiet. Si autem latitudo borealis predictum tale argumentum vicerit: in diuersis eclyptice quartis prefata loca existẽt. Oz si hic quidem declinatio meridiana: aut illic borealis argumentum locale equauerit: locus stelle verus in altero pũctorum equinoctialium habebit: in eo scilicet quod est in semicirculo eclyptice stellam recipiente ⁊ ad tropicos desinente. ¶ Predictorũ hanc exemplarem accipe suppputationem. Stella quedam mediet celum cum fine xerti gradus leonis. Cuius declinatio borealis sit gra.27.mi.49. Petatq; sibi quispiam exhiberi latitudinẽ eius stelle cuz veroloco in eclyptica. ¶ Punctus celi mediationis borealem habet declinationem gra.18.mi.49. quam aufero ex declinatione stelle: quando quidem eadem sunt denominatione: ⁊ relinquuntur gradus nouem. quos cum angulo eclyptice et meridiam apud punctum celi mediationis prouemente qui est gra3.75.minu.41. lateraliter in tabulã generalem ducenti mihi offertur latitudo stelle gra3.8.mi.43. boreas liquidem: cp declinatio stelle borealis exitiens superet declinationem puncti celi mediationis. Hunc locus verus stelle queratur. Ascensio recta que debetur arcui eclyptice inter caput cancri ⁊ punctum celi mediationis cõclusi est gra.38.minu.24. Quam cum complemento declinationis stelle gra.62.minu.11. lateraliter in tabulam ducendo iuxta preceptũ elicio gradus triginta tres: minuta decem et nouem. Hunc deinde numerum cum complemento latitudinis stelle graz.81.minu.17. areatim in tabulam mittenti mihi offertur graz.33.mi.45. distantia sc3 veri loci ab alterutro pũctorũ tropicoz. Si itaq; verus stelle locus: ⁊ punctus celi mediationis in eadẽ eclyptice quarta essent: tam nemo dubitaret/quin verus stelle locus in graz.3.mi.45. leonis existeret. Est si in diuersis quartis deprehẽderent: cũ punctus celi mediationis sit in quarta cituali: necessario locus stelle ver⁹ in quadra autumnali id est gz.26.mi.15. scorpij reperiret. Verũ cum punctus celi mediationis sit in semicirculo eclyptice boreali: ⁊ declinatio stelle boreal existat: necesse est sm ante dicta verum stelle locum esse in eadem quarta cũ pũcto celi mediationis. Oz si stella habuisset declinationẽ meridianã: anceps fuisset de loco eius vero enunciatio. Qua quidẽ ambiguitate me expedire hoc pacto. Ascensionẽ recta qua antehac vsus sum gz.38.mi.24. vna cũ cõplemẽto marine declinationis solaris gz.66.mi.30. mitterem in tabulã lateraliter: eliceremq; gz.34.mi.43. Huius numeri complementũ gz.55.mi.17. cu maxima declinatione solari gz.23.mi.30. areati deinde trãsferẽdo in tabulã excuderẽ gz.29.mi.1. complementũq; huius gz.60.mi.59. vocarem argumentũ locale. Cui demũ conferrem stelle declinationẽ meridianam. Nam si ipsa declinatio minor esset tali argumento locali: procul dubio in eadem quarta reperirẽtur punctus celi mediationis ⁊ verus stelle locus. Si aũt declinatio superaret tale argumentum: in diuersis quartis constituerentur. Et si equalis esset declinatio tali argumento: verus stelle locus in principio libre haberet.

Problema lvj.

Cognita latitudine cuiuspiam stelle: punctoq; celi mediationis explorato: locum eius verũ in eclyptica: declinationẽq; ab equinoctiali circulo perquirere.

¶ Hoc problema perquitile est ad loca stellarum firarum inquirenda. Nam si aliquam earum in meridiano obseruaueris: mox punctum celi mediationis coniectabis per noticiam loci solaris atq; temporis inspectionis tue respondentis. Latitudinem autẽ eius absq; vllo suppputationis dispẽdio comparabis: si numeris Ptolemei studiosissimi fidem habeas. Jntra igitur areatim cum latitudine stelle ⁊ angulo quem meridianus cũ eclyptica apud punctum celi mediationis complectitur. numerũq; in latere descẽdenti collectum ferus/cum sua denominatione aquilonia vel austrina. Habebit autem numerus ille semper eam denominationẽ qua fuit proposita latitudo stelle. Postea declinationem puncti celi mediationis addisce/cum sua item denominatione. Quam quidem declinationẽ iunge numero prius seruato: si eadem vtrobiq; denominatio fuerit: ⁊ concrescet declinatio stelle quesita: eam sumptura denominationem qua insignite erant partes sue. Verum si huiusmodi declinatio puncti celi mediationis ⁊ numerus antehac seruatus diuersis fuerint denominationibus: minorem er maiori deme: vt relinquatur declinatio stelle: seruata denominatione maioris numeri: vnde videlicet fiebat subtractio. Jam demum loco stelle inuestigando via parata est. Nam cum declinationem eius exposita doctrina manifestet: punctus autem celi mediationis ab initio suppositus sit: locum quoq; verum eius sm longitudinem zodiaci non ignorabis: si precedentis problematis formulam memoriter tenueris. ¶ Que res exemplo breuiusculo poterit illustrari: si stelle cuipiam latitudinem borealem ser graduũ supposuerimus. Que quidem celum mediet cum fine vigesimiquinti gradus tauri. Nam angulus meridiani ⁊ eclyptice apud tale punctũ proueniens septuagintaser graous complectitur. Quem cum latitudine memorata gra.6.minu.0. areatim in tabulam ferenti mihi offertur numerus ille graz.6.minu.11. borealis quidem cp latitudo stelle ad aquilonem vergat. Declinatio autem puncti celi mediationis est graz.19.mi.4. et eadem borealis. Cui idcirco superaddere debeo gz.6. mi.11. vt collectus numerus gz.25.mi.15. prodat declinationẽ stelle: aquiloniam quidem cp vterq; numeroz consuctorũ aquilonio cognomẽto fuerit. Porro ex iamnũc inuẽta declinatiõe atq; pũcto celi mediatiõis iam dudũ supposito locũ stelle verũ deinceps querere non iuuat: ne contagio nugatoris afficiar: siquidem calculus precedentis problematis abunde idipsum exprompsit.

Problema lvij.

Punctum eclyptice quo cũ stella quelibet oritur: itẽq; pũctũ cum quo occidit in quauis regione artificiose rimari.

¶ Jnuenias per superiora problemata punctum eclyptice cum quo stella

tua celum mediat: ascensionēq; rectam arcus eclyptice ad talē punctū definentis, quam etiam non iniuria ascēsionem rectam stelle licet appellari. Scias item ex duodecimo problemate arcum semidiurnū stelle, cuius ꝛ semidiurni equinoctialis: qui est nonaginta graduū differentiam: que ꝛ ascensionalis differentia nuncupat/ascēsioni recte memorate adiungas: si stella declinationē meridianā habuerit, aut ex eadem minuas: si septentrionariam obtinuerit declinationē, quodq; sic operando cueniet erit ascensio obliq; arcus eclyptice terminati ad punctum quod cum ipsa stella oritur. Huic ergo ascensioni oblique quantus eclyptice arcus debeatur/quemadmodum superius traditū est animaduerte. is enim eclyptice arcus ad punctum quesitū te perducet. Oz si stella in equinoctiali fuerit: ascēsio recta arcus eclyptice qui ad punctū celi mediationis desinit erit ꝛ ascēsio obliqua arcus eclyptice cuius finis cum ipsa stella oritur. Porro si arcū stelle diurnū tali ascēsioni oblique tamnūc elicite adieceris, conflabit ascensio obliqua arcus terminati ad punctū eclyptice quod in horizonte orientali constituit dum stella ipsa occidit. Quo per ascensionē obliquā predictā cognito cognoscēt ꝛ punctus ei per diametrū oppositus cum quo videlicet stella tua occidit. Talem etiā ascensionē obliquā habebis si ascensioni recte que arcui eclyptice ad punctū celi mediationis desinēti respōdet: id est recte ascensioni stelle quadrantē circuli cū arcu stelle semidiurno adiunxeris. Oz si differentiam ascensionalem stelle proposite habētis declinationē septentrionariā ascensioni sue recte adiunxeris: aut huiusmodi ascensionalem differentiā stelle declinationē meridianā habētis ex ascensione recta dempseris: cōflabit aut relinquetur descensio obliq; puncti eclyptice cum quo stella ipsa occidit, que haud absurde descensio obliqua ipsius stelle nuncupabit. cui semicirculus appositꝰ conficiet ascensionē obliquā ascendentis per diametrū oppositi pūcto eclyptice cum quo stella tua occidit. Quo ascendente cognito occidentalis quoq; pūctus eclyptice cum quo videlicet stella occidit haud quaq; ignorabit. ¶Hec oīa per numeros exemplares fient lucidiora. Repetat̄ stella cui paulo superius locum dedimus in quintodecimo tauri gradu: cum latitudine aquilonia septem graduū, vnde ꝛ declinationē quidē sortiebat̄ gra.23.mī.3.septentrionariā. Ascensionē vo rectā gra.40.mī.18. Volo iam reddi certior quis eclyptice punctus cum ea oriat̄ in regione borealī que ab equinoctiali plaga remouetur.48. gradibus. Per duodecimū igit̄ problema inuenio differentiam ascensionalem memorate stelle gra.28.mī.12. extracta prius ortiua amplitudine gr.35.mī.49. quemadmodū imbi precipit̄. Hec differētia ascēsionalis adiecta quadranti quoniā declinatio stelle borealis est/cōflabit arcum eius diurnum gra.118.mī.12. Idem enim semper numerus differētiam ascensionalem stelle metitur ꝛ differentiam arcus semidiurni sui semidiurnīq; equinoctialis. Hanc rursus differētiam aufero ex ascensione recta stelle gra.40.mī.18.ꝛ relinquit̄ numerus ille gra.12.mī.6. id est ascēsio obliqua stelle: que etiam est ascēsio obliqua respondēs puncto eclyptice/qui vna cum ipsa stella exoritur. Is autē eclyptice punctus terminat gra.24.mī.48. arietis: quoniā tanto arcui debetur ascēsio obliqua memorata in latitudine.48.graduū. Hunc ad gradū stelle nostre occidētē calculus dirigatur. Arcus semidiurnus stelle erat gra.118.mī.12. qui duplicatus conficit arcum diurnū gra.236.mī.24. Eum addo obliquē ascēsioni stelle gra.12.mī.6. vt cōcrescat summa gra.248.mī.30. id est ascēsio obliqua ascēdētis dum stella occidit: que quidē ascēdens ipsum depromit̄ graū.20.mī.4. scorpij. Cui per diametrū opponunt̄ gra.20.mī.4.tauri. Huius itaq; arcus extrema mīntia in horizonte occiduo vna cū stella' proposita solet ostitui. Eam preterea ascēsionē obliquam ascēdētis dum stella occidit construxisse si recte ascēsioni stelle gra.40.mī.18. adiunxissem arcum suū semidiurnū gra.118.mī.12. cum quadra circuli.90. graduū. Oz si stellę borealis propositę obliquam descēsionē nosse libeat: recte ascēsionis gr.40.mī.18. differētia ascēsionalis iam dudum inuēta gra.28.mī.12. adnectēda erit: sicq; conflabitur arcus gra.68.mī.30. Cui si amplius semicirculū adiecero: qui salicz descēsionē occidētis atq; ascēsionē oriētis dissermūt: enatam iterum videbo ascēsionē obliquā ascēdētis dum stella occidit gr.248.mī.30, cuius officium haud quaquā ignotum esse arbitror.

Problema lviij.

PEr altitudinē stelle cuiuscūq; et distātiā horizontalem a meridiano atq; mediuz celi declinationem ipsius stelle ꝛ pūctū eclyptice cū quo celū mediat: indeq; latitudinem et verum locum eius in eclyptica subtiliter indagare. ¶Intra lateralit̄ cū distātia horizontalis a meridiano ꝛ cōplemēto altitudinis stellę, quodq; dabit angulus cōmunis inuentum primū appellatum. Cum cuius inuenti primi complemēto ꝛ altitudine stelle areatim tabulam nostraz ingredere. ꝛ eo qō in latere descendenti accipietur ex nonaginta gradibus decusso: residuum vocabis inuentum secundum. Quod quidem complemento altitudinis poli adijcias si distantia horizontalis a meridiano minor quadrante fuerit. si vo maior eo reperietur: inuentum secundum ex complemento altitudinis polaris: aut viceuersa minue; scilicet a maiori auferas. ꝛ quicquid siue additio siue subtractio reddet inuētum tertium nuncupabitur. Intrando itaq; lateraliter cum complemento duorum inuentorum primi ꝛ tertij reperies in angulo cōmuni declinationē stelle quesitam: septentrionariam quidem si inuentum tertium minus quadra circuli fuerit. meridianam autem si maius ea extiterit. Et si equale quadranti occurret stella ipsa declinatione carebit. Verum si distantia horizontalis a meridiano nonaginta ad vnguem gradus complectitur: intranti tabulam lateraliter cum altitudine stelle et latitudine regionis offeretur in angulo cōmuni declinatio stelle quesita: borealis quidem semper in regionibus aquilonijs: meridiana vo in habitationibus austrinis. Sub equinoctiali aūt circulo nulla in hoc casu cueniet declinatio. Oz si horizontali distantia a meridiano quadram circuli superāte inuentum secundum complemento altitudinis polaris equale occurrat: subtrahe inuentum primū ex nonaginta gradibus. sic namq; relinquetur declinatio stelle septentrionaria. Deinde autē vt punctus celi mediationis innotescat: intra tabulam areatim cum ipso inuento primo ꝛ complemento declinationis stelle, quodq; in latere descendēti reperies ascēsioni recte medij celi adiungas si stella tua citra meridianum fuerit. aut ex eadem minue si meridianū transierit. et quod sic agendo cueniet erit ascēsio recta stelle ac etiā arcus eclyptice definentis ad punctum cum quo stella ipsa celum mediat, Extracto igit̄ eo arcu quemadmodū

supra docuimus perduceris ad punctum cum quo stella talis celum mediat. Hec quidem certa sunt vniuersaliter quando distantia horizontalis a meridiano minor est quadrāte circuli: vel cuius maior quadrāte: dū tamē inuentū secundū minus est cōplemēto altitudinis polinā qñ tale inuentū secūdū maius est cōplemēto altitudinis polaris: illud quod p inuentū primū ꝛ cōplementū declinatiōis areali introitu repperisti ex semicirculo minuas. quodq; relinquet̄ ascēsioni recte medij celi vt prius adiungas: vel ex ea minuas: veluti situs stelle respectu meridiani horizontis. At si inuētū secundū ꝛ cōplementū altitudinis poli sese equauerint: ascēsioni recte medij celi quadrā circuli adijcias si stella nōdū ad cardinē regiū peruenerit, aut ab ea demas: si eundē trāsierit. Ceterum stella proposita meridianū possidente abiq; vllo ferme dispendio voluntati tue satisfacies. Nā mediū celi notū hic supponit: cui inuentio ad quācūq; horā puulgata sit. Altitudo autē meridiana stelle ad elcuationē equinoctialis circuli collata declinationē (siqua fuerit) manifestabit. Nam si huiuscemodi elcuatiōes supra horizontē fuerint equales: nullam stella sibi declinationem vēdicabit. Si autē elcuatio stelle meridiana elcuationē equinoctialis circuli supergrediat: differētia earū pro declinatione stelle borealī accipiet. Et si viceuersa elcuatio equinoctialis altitudinē stelle meridianā vicerit: differentia earum austrinā stelle declinationē extēplo prodet. ¶Per declinationē aūt stelle gradūq; celi mediationis quo pacto ꝛ latitudo stelle ꝛ verꝰ locus eius in eclyptica deprehendaṫ gnāgesimoquinto pblemate satis lucubrauimꝰ. ¶Corolariū magnū. Cuilibet stelle supra horizontē cōstitute locū verū in eclyptica ꝛ latitudinē eius (siquā habuerit) inuestigare poterimus non expectando si libet positionē eiꝰ in meridiano. neq; astrolabio annulari neq; horoquadro aut alio quis istrumēto difficili opus est, verū sola meridiana linea sufficiet cum instrumēto qualicūq; ad elcuationes stellarū accōmodabili. Linee nāq; meridiane officiū erit ad distantiā horizontalem stelle a meridiano deprimendā: si paruo quodā adminiculo suffulta fuerit: id est circulo horizontali in gradus seraginta et trecentos diuiso: quemadmodū in libro instrumētoꝝ astronomicoꝝ abundius tradet. Sed ꝛ mediū celi omni hora nemo nisi rudissimꝰ nesciet inuenire. ¶Demēto autē hec nostra precepta regionibus dumtaxat septentrionarijs accōmodatū iri/vbi stellarū motus considerari plerūq; soliti sunt. In habitationibꝰ eni australibus quibusdā alijs caut uneulis opus est: quas impresentiarū missas facimus: qꝝ in vsum nostrū nunq; vēture sunt. ¶Predictorū exempla subiūgere libet. In regione latitudinē habente.48. graduū celi mediū habebat.17. gradus geminorum qū stella quedam altitudinē habet antemeridianaz gra.63.mī.0. distantiāq; horizontalem a meridiano ē.35. mī.0. Volo inquirere locū eius verū tam in longitudine q̄ etiā latitudine. Jo autē efficiam si prius declinationē eius explorauero punctūq; celi mediationis. Nam per quinquagesimūquintū ꝓblema vero deinceps loco eiꝰ agnoscēdo via parat. Jgitur distantiā eius horizontalē a meridiano graū.35.mī.0. cum complemēto altitudinis stelle graū.27.mī.0. lateraliter in tabulam mittenti mihi mox offertur inuentū primū gra.15.mī.6. Cuius complementum gra.74.mī.54. cum altitudine stelle gra.63.mī.0. areatim demū in tabulam ducēdo elicitur numerus ille graū.67.mī.21. qui demptus ex quadra circuli relinquit inuentum secundū gra.22.mī.39. Huic addo complemētum altitudinis polaris gra.42.mī.0. vt concrescat inuētum tertiū gra.64.mī.39. Distantia enim horizontalis a meridiano minor est quadrante. Deinde complementuz huius inuēti tertij gra.25.mī.21. cum complēto inuēti primi gra.74.mī.54. lateraliter in tabulam transfero: ꝛ in angulo cōmuni sm precepta inuenio declinationē stelle gra.24.mī.25. borealem: quoniam inuentū tertiū minus est quadrante circuli. Porro ascensionem rectam stelle hoc pacto metiemur. Complementū iam inuente declinationis gra.65.mī.35. cum inuento primo gra.15.mī.6. areatim tabule inferendo elicitur differentia ascensionū rectarū stelle ꝛ medij celi gra.16.mī.37. quam addo ascensioni recte medij celi gra.75.mī.52. sic enī colligitur ascensio recta stelle ē.92.mī.29. Cui debentur gra.2.mī.16. cancri. finis igitur huiꝰ arcus eclyptice mediat celum cum stella proposita. Ex quo demum coassumpta declinatione iam dudum cognita: si rite memineris que in quinquagesimoquinto problemate tradita sunt: verum locū stelle sm longitudinē in eclyptica latitudinēq; eiꝰ addisces. Sed ad eam rem non est opus puncto celi mediationis: cum satis sit nouisse ascensionē eius rectam: que ꝛ ascensio recta stelle dicitur. Reliquos vo casus cum hāc eandem ferme supputationis formulam teneant missos facimus: ne ingenium tuum superuacanea dictione remoremur.

Problema lix.

SJ vera loca duarum stellaruz fixarum cognita fuerint cum latitudinibus suis: intercapedinem earū agnoscere. ¶Etsi ante problema ediderimꝰ de duobus quibuslibet locis in superficie terrena signatis: tamen cum vocabula hic ꝛ ibi diuersa sint: libuit propriam problematis absolutionez conscribere: quo res ipsa cognitu facilior redderetur. Stellarum igitur latitudine sola dissidentium breuiter habebis distantiam si latitudinē vnius ex latitudine alterius dempseris: dum eadem habuerint denominationem. nam si diuersa fuerint denominatione: eas in vnuz congregare oportet vt concrescat intercapedo quesita. Si autē sola longitudine dissidant/nullam habentes latitudinem: distātiam earum arcus eclyptice duobus locis veris interclusus manifestabit. At si latitudines habeant equales: subtrahe longitudinē vnius earum a longitudine alterius: minorem videlicet a maiore: vt remaneat differentia longitudinalis. Voco autē longitudinē stelle distātiam veri loci sui in eclyptica a capite arietis. Deinde intra tabulam nostram lateraliter cum dimidio dicte differētie longitudinis ꝛ complemēto latitudinis vtriusuis stellarum. nam duplum eius quod in angulo cōmuni occurret intercapedinē stellarum quesitam metietur. Oz si latitudines inequales habeant stelle propositę eiusdem quidem denominationis: intra lateraliter cum tota differentia longitudinali ꝛ complemēto latitudinis maioris. quodq; in angulo cōmuni offeretur inuentum primū nominabis. Cuius inuenti complemētum cum latitudine maiori areatim in tabulam mittas. numeri enim in latere descendenti sinistro occurrētis cōplementū ex cōplemēto latitudinis minoris demptū relinquet inuentū secundū. Cōplemēta itaq; horū inuētoꝝ lateraliter in tabulam ducēdo habebis in angulo cōi intercapedinē stellarū quā querebas. Latitudinibus autē varias denoiationes habētibꝰ intra vt prius lateraliter cū cōplemēto latitudinis borealis ꝛ differētia lōgitudinali: vt angulus cōmunis prebeat tibi inuentum primū. Cuius deinceps inuēti complementum cum latitudine septentrionaria tabule areatim inferas. numerus enim lateris sinistri descēdentis adiectꝰ latitudini meridiane

inuentū secundū conficiet. Cū quo rursus inuento ꝙ primo vt supra procedendū est. Quod autē de stellis fixis bacten⁹ explanatū est: planetarū quoq; locis ac quibus libet duobus punctis/siue in celo stellato assignent siue in primo mobili poterit accōmodari. Que res plurimo erit momēto in ordibus luminosis stellarum intra quos fieri dicunt applicationes: in dationibusq; anno⁹ quas natiuitatū indices pertractant: itēq; radiationi⁹ stellarum. Quamobrem haud inepte subiungendū videt pro blema radiationū. ¶Sed primo exemplū presentis ꝓblematis accipiendū est. ¶Proponantur due stelle: quarū prima quidem locum habeat in fine quinti gradus tauri: secunda vo in fine tertij z vigesimi gradus eiusdē signi. vtriusq; autē latitudo borealis. 14. gradus complectat. Quero intercapedinē dictarū stellarū. Inter quintum itaq; tauri gradū z vigesimū tertiū reperitur differentia longitudinalis. 18. graduū. Cuius dimidium gra. 9. mi. o. cum complemēto latitudinis gra. 76. mi. o. lateraliter in tabulam duco: z in angulo cōmuni offendo gra. 8. mi. 44. Hic numerus duplicatus conficit gra. 17. mi. 28. intercapedinē stellarū quelitā. Ceterū stelle proposite statuanē in locis priscis sm longitudinē zodiaci. ¶Prima aūt latitudinē borealē habeat ḡ. 25. mi. o. secunda vo ḡ. 13. mi. o. Igit intercapedinē earū dimeniurus/cū differētia lōgitudinali gra. 18. mi. o. z complemēto latitudinis maioris gra. 65. mi. o. lateraliter ingrediendo tabulam elicio ḡ. 16 mi. 16. inuentū primū. Cuius deinde complementū ḡ. 73. mi. 44. cū ipsa maiori latitudine gr. 25. mi. o. areatim in tabulam traducēti mihi offertur numerus ille gr. 26. mi. 7. Huius complementū gra. 63. mi. 53. aufero et cōplemento latitudinis minoris gra. 77. mi. o. vt remaneat inuentū secundum gra. 13. mi. 7. Cuius postremo complementuz gra. 76. mi. 53. cum complemēto inuenti primi ḡ. 73. mi. 44 per latera tabule introducendo exprimitur intercapedo stellarū quelita gra. 69. mi. 12. Reliquus autē casus/q alterā quidē stellarū ad septentriones statuit: alterā vo ad austrum nihil pene mutat: nisi ꝙ numerū secundo introitu scilicet areali explicitū latitudini austrine ꝓiungit vt inde ꝓdeat inuentū secundū. Cetera vniuersa sicuti iā dudum absoluenda sunt.

Problema lx.

Radiorum projectionem ratiocinabiliter definire. ¶Huius negocij fundamenta atq; speculationē in cōmentarijs quidem astronomicis abunde inuenies. In libro aūt directionum tabellam quandā condidim⁹: per quam explorat⁹/quonam pertingat radius stelle latitudinez octo graduū ab itinere solari nō egredientis. Hic vo universaliter trademus vbinam radiationes stellarū quantecūq; latitudinis desinant in eclyptica: si modo eclypticam attingere possint. Nam si stella quecūq; habuerit latitudinē maiorē seraginta gradibus/radius eius hexagonus verbigratia nequaquā percutiet eclypticam. Si autē seraginta gradus ad vnguem complectit: radius hexagon⁹ in loco longitudinis desinit. At si latitudo minor fuerit seragenario nūero: circulus radiationis hexagone secabit eclypticam in duobus punctis equaliter a vero loco stelle sm longitudinē vtriq; remotis. Quorū nempe punctorum distantiam ab ipso vero loco longitudinis stelle in presentiā querere pergim⁹. Circulū autē radiationis hexagone voco cum a cuius circumferentia stella aut locus eius verus in supficie primi mobilis vndiq; distat seraginta gradibus. In radiatione autē quadrangula huiuscemodi distantia est nonaginta graduū. et in radiatione trigona. 120. graduū. Cum igitur volueris scire quonam stella quelis latitudinē habens radiū suū hexagonū aut trigonū projiciat/intra tabulā areatim cum triginta gradibus z complemento latitudinis stelle. numerus enim qui in latere descendenti occurret ex quadrante demptus pro radiatione quidem hexagona: aut quadranti adiectus pro radio trigonali tuscitabit interuallum radiationis quod querebas: computandum quippe a loco vero longitudinis stelle sm successionem quidem signoꝝ pro radiatione finistra: sed contra signoꝝ seriem pro radiatione dextra. vbi enim numeratio talis desinit/illuc porrigitur radius quem tractare cepisti. Interuallum autē radiationis quadrate semper nonaginta complectitur gradus: siue latitudinem stella habeat siue non. Stella postremo quecūq; solari orbita recipitur/interuallū radiationis quidē hexagone semp habet seraginta graduū. radiationis autem trigone viginti z centum. ¶Exemplaris autē numeratio predictorum talis esto. Sit quedam stella in septimo gradu geminorū/habens latitudinē octo graduum. Volo reddi certior quantū distet finis radij iui hexagoni a vero loco ipsius stelle in eclyptica. Itaq; complementū latitudinis eius gr. 82. mi. o. vna cū. 30. gradib⁹ areatim mitto in tabulā: z elicio sm preceptū ḡ. 30. mi. 20. Hunc arcum demo ex. 90. pro radiatione hexagona. z eūdē adiūgo. 90 gradib⁹ pro radiatione trigona. Longitudo igit hexagone quidē radiationis inuenit ḡ. 59. mi. 40. radiationis aūt trigone. 120. mi. 20. quarū vtraq; vtriq; a vero loco stelle id est a fine septimi gradus geminoꝝ coputādarit.

Problema lxj.

Interualluz apparitionis aut occultatiōis stelle perscrutari. ¶Interuallū apparitionis vocat arcus eclyptice soli z stelle primū apparēti interiacens. Interuallū aūt occultatiōis est arcus eclyptice q claudit inter solē z stellā occultari incipientē. Huius rei ppauci habēt cognitionē. Verū tabulā apparitiōis atq; occultatiōis quoq; erraticarū/quā ptolemeus in tertiodecimo libro magne pstructionis ad clima mediū cōtexuit: pinde q̄si generalē ceteris etiā climatib⁹ accōmodant: rem pfecto absentancā facientes: cū apparitionū atq; occultationū mete ad alias regionū latitudines alie necessario habeant. Nā etsi planetarū q retrogressionē patiunt/suū quisq; visionis arcū habeat certū: z in oi regione eundē. ¶Mercuri⁹ qdē decē gradus. ven⁹ aūt quoq; stella martis vndeci ac dimidiū ferme. iupiter decē. z saturn⁹ vndeci. propt varios tū angulos atq; iclinatiōes eclyptice z horizōti apud eadē pūcta ipsi⁹ eclyptice pueniētes nunc qdē accelerat apparitio vel occultatio: nūc vo ꝓcrastinat. Arcū aūt visiōis dicim⁹ portionē circuli magni p vticē regiōis z cētrū solare iacentē: q̄ inter horizontē z solē sub eo exīte cōprehēdit dū stella primū apparet aut occultat. Is itaq; arcus in punctu babēd⁹ est. Deinde si ad apparitionē matutinā vl occultationē meditandam appellis animū/per. 21. problema disce angulū eclyptice z horizōtis q apud stelle locū ꝓuenit. cū q̄ z arcu visionis intra tabulā areatim. habebis eni in latere descendēti arcū eclyptice quē intercidere oportet soli z vero loco stelle appere aut occultari incipiēti. Pro apparitiōe aūt vl occultatiōe velpitina scias ex memorato ꝓblemate angulū q fit ex ecliptica z horizōte occidentali apd locū stelle, cui⁹ ⁊gulī arcū si nō supaūt q̄rā circuli

aut residuum de semicirculo si quadrantem vicerit vna cum arcu visionis areatim tabule immittas. quod enim in latere descendenti occurret: interuallū apparitionis aut occultationis: vtrā scilicet quesieris cōmonstrabit. Eqdē non arbitrorte esse ingenio crasso z futili: adeo vt turbulentam esse causeris dictionē nostrā: q̄ ꝓmiscue z quasi vno precepto trarias ac lōge diuersas stellarum passiones edisserat. Si enim nescis apparitionē quidez plerūq; tunc fieri q̄si intercapedo solis z stelle indies augetur: tunc aūt occultationē q̄ huiuscemodi intercapedo pedetenti minuit: frustra bas nras lucubratiūculas volutabis. quippe qui calculos motuū non satis tenes: quos ne discipuli quidē z nup astronomici mysterijs iniciati solent ignorare. Hacten⁹ de stellis in eclyptica ostitutis. Ceterū siqua stella proposita orbitā solarē transiliat: lōge aliter atq; preceptū est res efficiet. Nā si interuallum apparitionis aut occultationis matutine velis emoliri: intrandū est primo areatim cū latitudine regionis z complemēto declinationis stelle. quodq; in latere descēdenti occurret vocabit inuentū primū. Deinde distantiā veri loci stelle ab altero pūctoꝝ tropicoꝝ: eam videlicet q̄ nō supat quadrantē/vna cū maxima solis obliquatione lateraliter in tabulā transferto. z qđ p angulū cōez vt assolet erbibebit rursus areatim i tabulā ducito cū cōplemento declinationis stelle. numeruq; lateris descendentis hac lege elicitū adiūge inuento primo si verus locus stelle fuerit in semicirculo eclyptice ascēdēti: in eo scilicet q capricornū z sequentia quinq; signa cōplectit. aut eū numerū er inuēto primo deme si verus locus stelle fuerit in dimidia eclyptica descendenti. quodq; altero istoꝝ modoꝝ velueri res postulat explicitū fuerit inuentū secundū discretionis gra agnoiabit. Hoc deinde inuentū secundū lateraliter tabule infer cū cōplemēto latitudinis stelle. z numero quē prebebit angulus cōis ex. 90. gradib⁹ abiecto: reliquū appellabis inuentū tertiū. qō quidē ostēdit magnitudinē anguli ab horizonte orientali z eclyptica cōprehensi. Ism itaq; areatim in tabulā traducito cū latitudine stelle. z qō in latere descendēti vt assolet coaradet lateraliter demū tabule imissum vna cuz inuēto secūdo elicies arcū eclyptice vero loco stelle atq; orientē ipso interclusum. Tale itē inuentū tertiū cū arcu visionis areatim in tabulā mittito. habebis eni in latere descēdenti arcū eclyptice a sole nōdū orto atq; horoscopo ipso cōprehensum. Hoz arcuum postremo inuētoꝝ minorem er maiori auferi si latitudo stelle aquilonia fuerit. aut alterū alteri superadde: si austrina stella susceperit latitudinē. sic nāq; vel minuēdo si res postat: vel adimpgē do tātus excipiet arcus quantū intercidere oportet globo solari ac vero loco stelle primū apparētis aut occultari incipientis. Nō aliter inuestigabis arcū apparitiōis aut occultationis vesptine. boc vno dūtaxat mutato: q̄ vbi superi⁹ fiebat additio numeri p tertiū introitū elicitī ad inuentū primū vt conflaret inuentū secundū: hic fiebat ablatio. z viceuersa vbi tunc subtractio fiebat ab inuento primo vt relinq̄ret inuentū secundū: ibi nunc p additionē res absoluet. Est pterea q̄si stella nullaz prorsus ab equinoctiali circulo declinationē sortitur: tametsi ab orbita solari in alterā partē secedat. qō vsuueniet latitudo regionis pro inuēto primo exercebit. Hoz inuentū tertiū edisscere poteris absq; adminiculo ceteroꝝ inuētoꝝ pmi videlicet z secūdi. Nā si matutinā passionē meditari pergis: p quinq̄gesimūseptimū ꝓblema explorabis punctū eclyptice cū quo stella proposita oritur in regione tua. Unde z deinceps p vigesimūprimū angulus eclyptice z horizōtis orientalis apud tale punctum puenies agnoscet. Si autē serotinū accidens cōtemplaris: punctū eclyptice cum quo stella occidit: angulūq; eclyptice ac horizontis occidentalis qui apud tale punctū conficitur per antedicta problemata elicias. Is enim angulus inuēti tertij cognomentū sibi tam dudum vsurpauit. Quis deniq; sit fructus problematis huius operepreciū erit intelligere. Quando intercapedo locorum solis z stelle proposite ad horā considerationis tue interuallum predictum equauerit: scies instare apparitionē aut occultationē stelle: vtram videlicet quesieris. et si distantia locoꝝ minor fuerit huiuscemodi interuallo stellis sibi propinquantibus preteriisse occultationē. aut a se recedentibus futuram esse apparitionē pronunciabis. Quotiens vo talis distantia locoꝝ maior exsistit interuallo memorato stellis ad sese propinquantib⁹: futuram esse occultationē: aut a se discedētibus preteriisse apparitionē coniectabis. Excessu autē tali diuiso per iuperationē motuū diurnā pro stella directa. aut per congerie eoꝝdē motuū pro stella retrograda: elicies numerus dieꝝ qui inter horam cōsiderationis tue z tempus passionis quesite continent. Verū qui hoc solo contentus esse volet: q̄ sciat an stella quepiam prope solem cōstituta mane possit videri an nō: longe breuius atq; facilius voluntati sue respondebit: si per vigesimumprimū problema didicerit angulū eclyptice z horizontis orientalis qui fit apud locū stelle caretis latitudine: aut apud punctū eclyptice cum quo stella ipsa latitudinē habens oritur, deinde autē lateraliter tabulam ingressus fuerit cum dicto angulo z arcu eclyptice quem locus solis z locus stelle aut punctus cum quo ipsa oritur intercludūt. nam qui in area tabule vt assolet colligetur numerus ad arcum visionis collatus rem oēm prodet. Quippe si fuerit minor ipso arcu visionis: frustra oculos ad stellam mane videndam quispiam aperiet. Si vo equalis ei extiterit: iamiam articulus apparitionis aut occultationis esse coniectabit. Eo autē numero arcū visionis superante stellam mane speculari poterit: modo horizontem habeat expeditum. Non aliter ratiocinandū erit circa passionē serotinam: assumpto dumtaxat angulo eclyptice et horizontis occidentalis. ¶Iam ad exempla (si libet) aures arrige. Ponat stella mercurij in sexto gradu virginis absq; latitudine. Volo querere interuallū apparitionis eius matutine aut occultationis in regiōe cui polus vrsinus extollitur quadragintaocto gradibus. Inuenio per vigesimumprimū huius problema angulum eclyptice z horizontis orientalis iuxta finē sexti gradus virginis prouenientē graꝝ. 62. mi. 48. quem cum arcu visionis mercurij gra. 10. mi. o. areatim in tabulam duco: z in latere descendenti colligo interuallū passionis matutine gra. 11. mi. 15. cui adiungo sex gradus virginis: congregantur gra. 17. mi. 15. Igitur mercurius in sexto gradu virginis existens sole. 17. gradus z. 15. minutias eiusdem signi emenso/mane oritur si per retrogressionē a sole contra signoꝝ seriem recesserit. Aut mane occidit si progrediendo solem insectatur. Pari ferme supputationis modulo interuallū apparitionis vesperine scrutabor mercurio eundem locum quem prius occupante. Nam per vigesimumprimū item problema angulū eclyptice z horizontis orientalis reperio graꝝ. 19. mi. 28. quē cum arcu visionis graꝝ. 10. mi. o. areatim in tabulam ducenti mihi offertur in latere descendenti interuallū passionis vesperine gra. 31. mi. 26. tantum aute abesse mercurius a sole nequit: z ideo a nemie vnq; in eo situ vesperi videbitur. Nam et si omnes causas remotionis mercurij a sole congesseris: puta equationē centri maximā gra. 3. mi. 2. equationem argumenti summā gra. 23. mi. 53. et eq̄tionē solis maximā ḡ. 2. mi. 10. q̄ tñ puenire non pñt ḡ. 29. mi. 5. ferme ꝓstabis: numerū scilicet minorē interuallo iamnūc exquisito. Qui ergo mercurius in primis partibus virginis latitudine carentē vesperi videre tētat/ludit operā. Ism demum ponat venus in principio arietis.

cui demus latitudinē aquilonią gra.6.mi.20.cuius pa⁹lo maio⁹ē(si calculo credim⁹)in tali situ sortiat. io tñ nō interturbabit rationē nostrā/quin potius peraptinabit occultationē ei⁹ vesptinā/circa quā nūc vsabimur. Declinatio itaq; stelle boreal' est g.5.mi.48.Cui⁹ cōplemētū g.84.mi.12.cū latitudine regiōis g.48.mi.o.areatim in tabulā mitto vt elicią inuētū primū g.48.mi.20.Deinde cū distātia veri loci sui ab vtroq; tropico.90.graduū/mari maq; sol⁹declinatione lateraliter intrando tabulā ipsius eiusdē maxime solaris declinationis numerū repio g.23 mi.30.quē rursus cū cōplemento declinatiōis stelle g.84. mi.12.areatim in tabulam ferēti mihi offert numerus ille g.23.mi.38.q demptus er inuēto primo relingt inuentū secūdū g.24.mi.42. Quo deinceps lateraliter in tabulaz missio cū cōplemēto latitudinis stelle g.83.mi.40.ercudit arc⁹ille g.24.mi.32.Cui⁹ cōplementū g.65.mi.28.vocabo inuentum tertiū.Hoc ergo inuentū tertiū cū latitudine stelle g.6.mi.20.areatim in tabulā ducendo eliciunt g.6. mi.58. quos deinū lateralit cū inuento secūdo g.24.mi.42 in tabulā mittēti mihi offert intercapedo loci stelle z occidētis g.2.mi.54.Rursus cū inuento tertio z arcu visionis.5 graduū areatim ingrediēdo tabulā ercipio g.5.mi. 30.intercapedinē solis z occidētis,er q̄ demo intercapedinē stelle z eiusdē occidētis g.2.mi.54.vt relinquat interuallū o cultationis ferotine gr.2.mi.36. Vñ iectari potest:q stella in pricipio arietis locū obtinēs/sole in g.27 mi.24.piscū repto vesperi occultari incipit. Iā facile intelligis(vt arbitro⁹)qō ab initio hui⁹ calculi cōmemorati est. Nā si latitudo boreal is g.6.mi.20.ptrudit stellā ēr fulgorē solis quoad cerni queat in occidente:maior latitudo ampli⁹ vtiq; pmouebit. C Hūc passioni matutine demus operā. Venere itē caput arietis premēte: atq; a vestigio solari ad septētrionariā regionē vt pri⁹feceden te/inuentū primū est vt antebac circa occultationē vesptinā g.43.mi.20. sed inuentū secundū reperit g.71.mi.58. addēdo videlicet illud ad inuētū primū qō supi⁹ ex eo ablatū est:quoniā stella iterū in principio arietis statuitur Hoc itaq; inuentū secūdū cū cōplemēto latitudinis stelle g.83.mi.40.lateraliter in tabulā mittēdo:z numerū anguli cōis gr.70.mi.54.er.90.gradib⁹ auferēdo relingt inuentū tertiū g.19.mi.6. Oō deinde tertiū inuentū cū latitudine stelle g.6.mi.20.areatim in tabulā trāsferēti: z numerū elicitū gr.19.mi.43.rursus cū inuēto secūdo gr.71. mi.58.lateralit in tabulā mittēti mihi offert intercapedo orietis z loci veri stelle g.18.mi.42. Tale itē inuētū tertiū gr.19.mi.6.cū arcu visionis gr.5.mi.o.areatim in tabulā ferēs elicio gr.15.mi.27.intercapedinē solis z horoscopi Quā minuo er arcu eclyptice inter verū stelle locū atq; horoscopū cōprehēso gr.18.mi.42.vt relinquat interuallū apparitionis matutine g.3.mi.15.Hinc ergo colligit venerem in arietis principio ac in ima pene epicycli sui parte ostitutā mane videri posse sole gradus.26.z minutias.45.piscium obtinēte.Oō mirabile admodū videbit/ nisi tantaz stelle latitudinē inibi euenientē aliaduerteris, siquidē globus solaris locū stelle verū in eclyptica oriendo prevenit. Illud autē multo inusitatius iudicabitur: dis eodē die naturali stellā venerē moztalibus posse illucescere:nunc qdē vesp̄i post solē occasum:nūc aūt mane nōdū orto sole. Nā si ponat vbi gra hoc mane stella veneris prope imā epicycli partē cristēs in principio arietis:sol aūt gradus.26.z minutias.45.piscū vt amplius parū emenius sit:stella ipsa videri potuit:quēadmodū iamnūc exposītū est. In eo aūt situ motus stelle diurn⁹ p retrogressionē.36.fere minutias vni⁹ gradus cōplectit. Vñ z in spacio duodeci horarū eālūi:id est eo ferme tpe qō ab hesterno occasu ad ortū hodiernū efflurit.18.minutus retrocedit/sole prope egnoctialē circulū ostituto atq; intercedimdiū pene gradū excurrēte, Quamobrē si bodie internallū apparitionis matutine id est intercapedo solis z loci stele fuit g.3.mi.15.hesterno vesp̄i loca vera stellarū quattuoz prope gradibus distabant. Superius autē elicuimus interuallum occultationis.gr.2. mi.36.qō quidē stelle postremā permittit lucem:vt quantulūcūq; saltē oculis cernatur. Adulto igitur magis intercapedo quattuoz graduū io efficiet:siquidē stella borizontem occiduū possidente solem amplius deprimit: atq; io circo radios debiliozes ad stelle regionē trāsmittere oportet. Hunc demū enūciationi inultate cōfirmatio non deerit:si hoc mane quidem stellam vt antea posuerimus in principio arietis ab eclyptica septētriones versus remotam gradibus sex ac tertia parte vnius:solem autē in fine vigesimiseptimi gradus piscū. Nā stella oritur cum grad.11.mi.18.piscū:vbi angulus eclypti ce z borizontis orientalis grad.19.mi.6.ferme constituitur:quantū videlicet superius erat inuentū tertiū:dum de ortu dissereretur. Intercapedo autē solis z pūcti cū quo stella oritur est gra.15.mi.42.Quam vna cum angulo memorato gra.19.mi.6.lateraliter in tabulam mittēs ercipio grad.5.mi.5.depressionem scilicet solis sub borizonte.que cum superet arcum visionis grad.5.mi.o.stellam mane iurta borizontem videri posse perspicuū est. Hesterno autē vesperi loc⁹ solis fuit quidē gr.26.mi.30. fere piscū.veneris aūt gra.29.mi.42.eozundē.Stella occidebat cum gra.2.mi.37.arietis: vbi angulus eclyptice et borizontis occidui fiebat gra.65.mi.28.prope.is enim supza cū de occasu agerē inuenti tertij nomen vsurpauit. Intercapedo autē solis ac prefati pūcti cū quo stella occidebat erat gr.6.mi.7. quā si lateraliter in tabulam durero vna cū angulo predicto gra.65.mi.28.colligā in area tabule vt assolet gra.5.mi.34.fere:arcū videlicet circuli verticalis qui inter solem iam occasum z borizontē occiduū claudit.quo quidem arcū visionis superante liquet stellā venerī in eo situ cerni potuisse. Sic(qō vulgo mirabile predicat)solem vesperus sero quidē inseques/ mane autē postero eūdē prevenies oculis illucescere potest. Cui⁹ rei crēplaris supputatio postremū q̄; problematis interpretamentū illustrauit. Hactenꝰ generali q̄dā problematū ptertu lusim⁹. Plerūq; eni nihil ad propria stellarū motus insperim⁹:q ab occidēte in orientē ppēdi solent.seo plurimū circa supremi celi mutationē quecq; ea sequunt vlati sum⁹. Hūc aūt vicim⁹ ad stellarū motus,ppios accedere libet.q cū pene oēs a motu celi stelati perinde q̄si principio quodā cōi depēdeant:neq; vllo mō absq; eius noticia cōprehēdi possint:ture priores illi ozbi tradere debem⁹. Idipm q̄; expostulat situ huiuscemodi sphere. quādoquidē sub primo celo(veluti pulca philosophia docet)proxima obtinet sedem.

Problema lxij.

Equationem octaue sphere ꝑm alfonsi fundamēta numerare.

C Medius motus accessus z recessus octaue sphere huic rei necessarius est. Eum igitur ex tabulam suam more peruulgato addiscas.

Qui si minor quadrante occurrat:idoneus erit proposito nostro. Si autem maior eo:semicirculuz quidem non attingens:eum ex semicirculo demas/residuū seruādo. Et si semicircumferentiam vincat:minor adhuc trib⁹ quartis aut.270.gradib⁹ existens:subtrahe ex eo dimidium circulum:quodq; remanebit custodi.Si vō tres quadras superauerit:cum ex tota circūferentia minuas;residuūq; animaduerte, Quicquid igit̄ aliquo

istorum quattuoz modoꝝ veluti res portatur eueniet tabule lateraliter immittas cum arcu nouem graduū.in angulo nāq; cōmuni equationē offendes quelitaz. Hoc quidē pacto elicies equationē octaue sphere consonā ei quam prebet alfonsinus abacus. Verum huiuscemodi equatio nō respondet suppositioni qua alfonsius ipse et eius sectatores innituntur:quemadmodū in cōmentarijs astronomicis admonuimus. Quod tolerādum ne sit in parte/an penitus reprehendendum/non est nunc locus disserere. Ceterū an suppositio ipsa firmitudinē quāpiā habeat/tametsi vulgus astronomoꝝ haud dubitet/mihi diffusius lucubratum est. Hūc autē perinde q̄si omnino stabilita sit hec consideratio de motu celi stellati/sermonem faciemus/calculū expositurī mathematicis demonstrationibus congruentē. Si igit̄ equationē huiuscemodi recte computare libet:motum accessus z recessus(vt vocabulis pertritis vtar)veluti superius monitum est presciss.q̄i quadrante inferior fuerit:ex nonaginta gradibus auferatur. Et si maior eo:semicirculū aūt nō attingens:deme ex eo quadrā circuli:residuūq; serua. Si aūt dimidiū circulū superauerit:citra.270.gradus manens ipsum ex.270.minuas. Oz si tres circuli quadras vicerit: ex eo.270.tollas:vt residuū operi futuro vsuueniat. Numerus itaq; aliquo dictoꝝ modoꝝ elicitus lateraliter in tabulā ducat cum nouem gradibus.numeriq; in area collecti complementum cum.81.gradibus areatim deinceps in tabulā transferas.quod eni in latere descendenti occurret/ex quadra circuli decussum equationis quelite relinquet quantitatē:addendam quidem quādo motus accessus z recessus octaue sphere minor semicirculo supponitur.minuendam vō quando maior. Dum autē nullo numero representat motus ille: nulla quoq; equatio reddi potest. Quod et accidere perbibet motu accessus z recessus semicirculum equāte. Qui si quadrā circuli ad vnguem complectitur: aut tres quadrantes: maximam sibi deposcit equationem nouem graduū:hic quidē addendam:illic vō minuendam. C Exemplū hui⁹ problematis. Ponatur argumentum octaue sphere:qō vocant medium motum accessus z recessus.75.graduū. cui debitam equationē sibi quispiam reddi poscat.Quoniam itaq; argumentū illud est minus quadrante circuli mitto ipsum lateraliter in tabulam cum nouē gradibus quemadmodū prius hortatur modus:z elicio equationem grad.8.mi.41.fa.27.Oz si fm filum demonstrationis geometrice calculum ordinare iubeat:deinā.75.gradus argumēti ex quadra circuli;restabunt gra.15.mi.o. quos vna cum nouem gradibus lateraliter in tabulam ducēti mihi offertur numerus ille gra.2.mi.19.Cuius cōplementum gra.87.mi.41.cum.81.gradibus areatim in tabulam transferendo elicitur arcus ille gra.81.mi.19.Cuius complementum gra.8.mi.41.equationem manifestabit quesita. Vides iterum prope euenisse prius elicitā equationem:tametsi opus diuersum sit. Verum si paulo curiosior fiat supputatio vsq; ad secundas minutias:aliquāula profecto differentia sentietur.

Problema lxiij.

Equationem octaue sphere ꝑm cō siderationem Tebith supputare.

C Scias primo medium motū accessus et recessus octaue sphere per tabulam suam. Qui si minor q̄drante fuerit seruetur. Si vō maior eo:minor quidem circumferentia:ipsum ex.180.deme. Et si fuerit maior semicirculo;minor autē tribus quartis: ex eo minue semicirculum. Quas tres quadras si aliquando vicerit: ipsum ex toto circulo aufer.quodq; sic agēdo deprometur lateraliter tabule immittas cum quattuoz gradibus et.19.minutis.arcūq; qui in angulo cōmuni occurret cū 23.gradibus z.46.minutijs in tabulam areatim traduc. habebis enim in latere descendenti equationem quesitā Addendam quidem quando motus accessus z recessus minor est semicirculo. minuendā vō quādo maior. Hat quidē ratiuncula inuenitur equatio octaue sphere qualis est in tabulis toletanis.z trahitur partim ex suppositione tebith:q̄uis aliquātulū a vero recedat. Quoniā supponit angulum contentum ab equatore z eclyptica octaue sphere semper esse graduū.23.z minutorum.46. Qui quidem angulus variam pro tempore sortitur magnitudinem: si assertioni tebith fides habenda est. Oz si omnimoda suppositiōe eius de motu octaue sphere inniti velis:vt predictam equationē agnoscas exquisitissime:hac via gradiendum est. Argumento octaue sphere adde gradus vigintitres: minutias primas.33.cum secundis.30.id est inclinationem eclyptice sire ad equinoctialem circulum authoris quidem sentētia.quodq; colligitur seruā pro primo numero introituali si fuerit minus quadrante. Si vō fuerit maius quadra circuli:minuquidem semicirculo:subtrahe ipsum a dimidio circulo: et residuum tene pro primo numero introituali. At si semicirculum superauerit citra tres quartas manens: semicirculum ex eo minuas:residuum seruādo. Si demq; tres quadrantes vicerit: tale collectum ex toto circulo reijce: z residuum pro primo numero introituali serua. Secūdus vō numerus introitualis semper erit gradus quattuoz cum minutis.19.10 est semidiameter arcualis parui circuli. Hos ergo numeros introituales in tabulam lateraliter mittas. quodq; prebebit angulus communis inuētum primum nuncupetur. Deinde eundem numerū grad.4.minu.19.cum complemento socij sui:id est numeri quem antebac eo lateraliter in tabulam misisti lateraliter denuo introduc: et complementum numeri in latere descendenti vt assolet oblati vocabis inuentum secundum. Quod deniq; inuentum secundum cum gradibus vigintitribus: minutis trigintatribus: et secundis triginta lateraliter in tabulam transfer: et numerum in area occurrentem appellabis inuentū tertium. Cum cuius inuenti tertij complemēto ac complemento inuenti secundi tabulam areatim ingredere. numerūq; in latere descendenti collectum vocabis inuentum quartum. Illud insuper quartum inuentū cum gradibus vigintitribus:minutis primis trigintatribus:z secundis triginta tabule lateraliter immittas: et quod in angulo communi offeretur ex quadrante minuas: si collectum ex quo superius numerum introitualem primum elicuisti minus quadrāte fuerit:aut maius tribus quartis. Vel ipsum numerum anguli cōmunis quadrāti adiungas:si tale collectum maius quadrāte:z minus tribus qrtis circuli fuerit. Quodq; ex huiuscemodi additione vel subtractione nascetur/veluti res postulat: rursus inuento primo adijcias:si collectū prefatum minus semicirculo extiterit. Aut ex eo minue inuentū primū:si congeries memorata semicirculū vicerit. quodq; altero horum modoꝝ deprometur inuentum quintū agnominabitur. Cum quo deinceps inuēto quinto:aut residuo eius ad semicirculum:z complemento inuenti tertij tabulā intra lateraliter. Eo enim quod in angulo cōmuni accipietur ex quadra circuli sūmoto: reliquum vocabit inuentū sextuz. Jam demū argumento octaue spere op⁹est.qō si min⁹ qdrāte fuerit serua.si plus:citra qdē semicirculū manēs:ipm ex.180.minue:residuūq; notato. Et si dimidiū circulū superauerit:nondū tres qrtas attingēs; minue ex eo semicirculum;reliquūq; custodi,

Oz si tres etiã ꝗrtas vicerit: abiecto ex eo. 360. gradibus residuũ seruã. Tale itaq; seruatũ quẽadmodũ res postulat cũ semidiametro parui circuli gr̃.4.minu.19.lateraliintroitu tabule infer. quodq; tibi in area tabule offerẽt inuentum septimũ appellabis. Illud rursus inuentum septimum cum inuento sexto areatim in tabulam transfer. habebis enim in latere descẽdenti equationem octaue sphere quam querebas: addendam quidẽ dum argumentum octaue sphere minus est semicirculo. minuendã vo quando argumentum tale semicirculum transcendit Atqui argumento huiusmodi dimidiũ circulũ equãte nulla prorsus est equatio: veluti etiam capite arietis stel lati principium itineris sui attingẽte. Dum aũt quadrã circuli vel simplicem vel triplicatã continet: maxime eq̃tionis numerum gra.10.m̃.45.offendes. Porro si argumẽtum octaue spere complectit gra.66.m̃.26.ſa.30.aut tantundem superaddit semicirculo: breuiuscula quadã supputatione ꝓpositũ efficies. Intrabis eni lateraliter cũ ḡ.85.m̃.41.7 gra.66.m̃.26.secũd.30. Complementũq; numeri hoc pacto eliciti rursus cũ gra.4.m̃.19.areatim tabule inferes. quod nãq; in latere descẽdenti colligetur lateraliter item cũ gr̃.66.m̃.26.secũd.30. tabule iniũsum exprimet equationẽ octaue sphere quesitam. addendã quidem dum argumentũ octaue sphere continet gr̃.66. m̃.26.ſa.30. minuendã vo quãdo tantundẽ addit sup semicirculũ. Illud aũt non est cecutienti oculo pretereundum: ꝙ inuentum sextum superius elicitum ostendit magnitudinem anguli ab eclyptica celi stellati 7 equinoctiali circulo comprehensi: id est maximã solis declinationẽ ꝓ tempore cristẽte. Nam quoniam caput arietis stellati in paruo circulo rotatur: quemadmoduz sectatores Tebith autumant: necesse est eclypticam huiusmodi quam appellant mobilem/varias ad equinoctialem circulum iortuti inclinationes. Preterea complementũ inuenti secundi (siquod fuerit) equale est distantie capitis cancri siri a capite cancri mobilis. C In exemplo cuncta facilius videbunt. Sit argumẽtũ octaue sphere. 20. graduũ. quero equationẽ ei debitã ſm modum quo is vsus est qui toletanas composuit tabulas. Intro lateraliter cum argumento ꝓpositio gra.20.m̃.0.7 semidiametro parui circuli gra.4.m̃.19. elicioq; gra.1.m̃.28. Quem rursus numerum areatim in tabulam ducendo cum gra.23 m̃.46. inuento equationem quesitam gra.3.m̃.39. quãta ferme in tabella equatoria octaue sphere offendit iuxta 20. gradus argumẽti. Sed esto argumentũ octaue sphere. 45. graduũ. cui ſm exquisitionẽ formulam iungo ḡ.23. m̃.33.ſa.30. vt concrescat numerus introitualis gra.68. m̃.33. neglectis. 30. secũdis/quo calculus expeditior fiat Cum itaq; cum gra.4.m̃.19. lateraliter in tabulam ducẽti mihi offertur inuentum primũ gra.4.m̃.1. Item cundẽ numerum gra.4.m̃.19. cum complemento socij sui gr̃.21. m̃.27. lateraliter quoq; in tabulam transferẽdo extrahitur arcus gra.1.m̃.34. Cui complementũ gra.88.m̃.26. vocabo inuentum secundum. Quod deinde cum gr̃.23. m̃.33. lateraliter tabule inferẽs elicio inuentum tertium gra.23.m̃.32.prope. Huius complementum gra.66.m̃. 28. cum complemento inuenti secundi gra.1.m̃.34. areatim in tabulam mittendo excipitur inuentum quartum gra.1.m̃.43. Quod rursus cum gra.23.m̃.33. laterali introitu tabule immissum elicit numerum istum ḡ.0.m̃.41. Quem ex quadrãte minuo: quoniã congeries que ex argumento octaue sphere et maxima declinatione fixa abinitio calculi huius nascebatur/quadrãte minor extitit, sicq; relinquitur numerus ille gra.89.m̃.19. Cui adiũgo inuentum primũ vt concrescat inuentum quintum ḡ.93. m̃.20. Huius residuũ de semicirculo ḡ.86.m̃.40. quoniã ipsummet maius est quadrante/cum complemẽto inuẽti tertij grad̃.66.m̃.28. lateraliter in tabulam ducens ex primo gra.66.m̃.14. Cuius complementũ gra.23.m̃.46. inuenti sexti nomẽ vsurpabit. Id aũt est magnitudo anguli ab eclyptica mobili 7 equinoctiali circulo comprehensi: scilicet maxima declinatio solaris ad presentẽ celi stellati habitudinem. Jam denuo argumentum octaue sphere propositum gra.45.m̃.0. cum gra.4.m̃.19. lateraliter in tabulam traducẽti mihi exhibetur inuentũ septimum grad̃.3.miñ.3. Quod postremo cum inuento sexto grad̃.23.m̃.46. areatim tabule illatum exprimit equationem octaue sphere gra.7.m̃.36. In abaco aũt toletano offendit equatio.45. gradibus debita gra.7.m̃.36.ſa.35. parumper a nostro calculo differẽs. Si igitur tantulam differentiolam tanto tamq; vario labore indignam censes/vtaris licet primo modo. qui et si rudiusculus appa ret/ꝙ geometricam pretereat demõstrationem: eam tamen rudem 7 quasi indigestam supputationem breuitate quadam nõ iniocunda compeniat. C Ut aũt reliquã precepti hui⁹ particulam exemplari numero illustrem⁹/ponatur argumentum octaue sphere grad̃.66.m̃.27. aut gra.246.m̃.27. in quo situ eclyptica mobilis contingit vtrũq; paruũ circulum. Quesiturus igitur equationem octaue sphere intro tabulam lateraliter cum ḡ.85.m̃.41. et grad̃.66.m̃.27. elicioq; in area tabule numerum illum gra.66.m̃.4. Cuius item complementum gra.23.mi.56. areatim in tabulam ducendo cum gra.4.miñ.19. extrahitur numerus ille gra.10.miñ.42. Quem postremo numerum vna cum gra.66.miñ.27. lateraliter in tabulam mittens excipio eq̃tionẽ octaue sphere q̃sitã ḡ.9.m̃.18.

Toletane tabule

FINIS

Canones in Tabulam Primi mobilis
Magistri Joannis de Mõte regio
Germanie decoris
Feliciter Expliciunt.

Lateralis Descẽdẽtes	ARCUS Arcales ḡ	ḡ	m̃	ſa	Differẽtia Lateralis. m̃ ſa	Lateralis Descẽdẽtes	ARCUS Arcales ḡ	ḡ	m̃	ſa	Differẽtia Lateralis. m̃ ſa	Lateralis Descẽdẽtes	ARCUS Arcales ḡ	ḡ	m̃	ſa	Differẽtia Lateralis. m̃ ſa
1		0	1 1	3 3	1 3	31		0	30 0	54 54	30 54	61		0	52 0	29 30	52 28
2		0	2 1	6 2	2 5	32		0	31 0	48 53	31 47	62		0	52 0	59 29	52 58
3		0	3 1	8 3	3 9	33		0	32 0	41 52	32 40	63		0	53 0	28 28	53 27
4		0	4 1	11 3	4 11	34		0	33 0	33 52	33 33	64		0	53 0	56 27	53 55
5		0	5 1	14 2	5 13	35		0	34 0	25 51	34 24	65		0	54 0	23 26	54 22
6		0	6 1	16 2	6 16	36		0	35 0	16 50	35 16	66		0	54 0	49 25	54 48
7		0	7 1	18 3	7 19	37		0	36 0	6 50	36 7	67		0	55 0	14 24	55 13
8		0	8 1	21 2	8 21	38		0	36 0	56 49	36 56	68		0	55 0	38 23	55 38
9		0	9 1	23 2	9 23	39		0	37 0	45 49	37 45	69		0	56 0	1 22	56 1
10		0	10 1	25 2	10 25	40		0	38 0	34 48	38 34	70		0	56 0	23 21	56 23
11		0	11 1	27 1	11 27	41		0	39 0	22 47	39 21	71		0	56 0	44 20	56 44
12		0	12 1	28 2	12 29	42		0	40 0	9 46	40 8	72		0	57 0	4 19	57 3
13		0	13 1	30 1	13 30	43		0	40 0	55 46	40 55	73		0	57 0	23 18	57 22
14		0	14 1	31 1	14 31	44		0	41 0	41 45	41 40	74		0	57 0	41 16	57 40
15		0	15 1	32 0	15 31	45		0	42 0	26 44	42 25	75		0	57 0	57 16	57 58
16		0	16 1	32 1	16 32	46		0	43 0	10 43	43 9	76		0	58 0	13 15	58 13
17		0	17 1	33 0	17 32	47		0	43 0	53 42	43 52	77		0	58 0	28 14	58 28
18		0	18 0	33 59	18 32	48		0	44 0	35 42	44 35	78		0	58 0	42 12	58 41
19		0	19 0	32 59	19 32	49		0	45 0	17 41	45 17	79		0	58 0	54 11	58 54
20		0	20 0	31 59	20 31	50		0	45 0	58 40	45 57	80		0	59 0	5 11	59 6
21		0	21 0	30 59	21 30	51		0	46 0	38 39	46 37	81		0	59 0	16 9	59 15
22		0	22 0	29 58	22 28	52		0	47 0	17 38	47 16	82		0	59 0	25 8	59 25
23		0	23 0	27 57	23 26	53		0	47 0	55 37	47 57	83		0	59 0	33 7	59 33
24		0	24 0	24 57	24 24	54		0	48 0	32 37	48 33	84		0	59 0	40 6	59 41
25		0	25 0	21 57	25 21	55		0	49 0	9 36	49 8	85		0	59 0	46 5	59 47
26		0	26 0	18 56	26 18	56		0	49 0	45 34	49 44	86		0	59 0	51 4	59 52
27		0	27 0	14 56	27 14	57		0	50 0	19 34	50 19	87		0	59 0	55 3	59 55
28		0	28 0	10 55	28 10	58		0	50 0	53 33	50 53	88		0	59 0	58 2	59 58
29		0	29 0	5 55	29 5	59		0	51 0	26 32	51 26	89		1	0 0	0 0	59 59
30		0	30 0	0 54	30 0	60		0	51 0	58 31	51 57	90		1	0 0	0 0	60 0

Lateralis Descendentes	Arcus Arcales				Differentia Lateralis	Lateralis Descendentes	Arcus Arcales				Differentia Lateralis	Lateralis Descendentes	Arcus Arcales				Differentia Lateralis
g	g	m	fa	mm fa	mm fa	g	g	m	fa	mm fa	mm fa	g	g	m	fa	mm fa	mm fa
1	0	2 2	6 5	1 2		31	1	1 1	48 47	30 53		61	1	44 1	57 0		52 28
2	0	4 2	11 6	2 6		32	1	3 1	35 46	31 46		62	1	45 0	57 58		52 58
3	0	6 2	17 5	3 8		33	1	5 1	21 45	32 39		63	1	46 0	55 56		53 27
4	0	8 2	22 5	4 11		34	1	7 1	6 43	33 31		64	1	47 0	51 54		53 55
5	0	10 2	27 5	5 14		35	1	8 1	49 43	34 24		65	1	48 0	45 52		54 22
6	0	12 2	32 5	6 17		36	1	10 1	32 41	35 14		66	1	49 0	37 50		54 49
7	0	14 2	37 5	7 19		37	1	12 1	13 39	36 5		67	1	50 0	27 49		55 14
